
31
4 D
7


ONVPHRII PANVINII VERONENSIS
FRATRIS EREMITÆ AVGVSTINIANI,


ROMANI PONTIFICES



ET CARDINALES S. R. E.

ab eisdem à Leone IX. ad Paulum Papam IIII. per quingentos posteriores a Christi Natali annos creati.





Ne turbata uolent rapidis oracula uentis,



Nunc folio uates commodior sonat.



... summi Pontificis, & Illustrissimi
... eneti ad annos de...



MOTV PROPRIO &c. Cum, sicut accepimus, dilectus filius Michael Tramezinus, bibliopola Venetus, nobis nuper exponi fecerit, ad cōmunē omnium studiosorum utilitatē, sua propria impensa, diuersa opera Latina, et Italica, ipsa Italica, tam ex Latino, & Hispanico idiomate translata, quam Italica facere, minimeq; translata, hactenus non impressa, imprimi facere intendat; dubitetq; ne huiusmodi opera postmodum ab aliis sine eius licentia imprimantur, quod in maximum suum praeiudicium tenderet: Nos propterea eius indemnitati consulere uolentes, Motu simili, & certa scientia, eidem Michaeli, ne praedicta opera hactenus non. impressa, & per ipsum imprimenda per decem annos post eorundem operum uel cuiuslibet ipsorum impressionem à quocunque sine ipsius licentia imprimi, aut ab ipsis, uel ab aliis uendi, seu in eorum apothecis, uel aliàs uenalia, praeterquam a dicto Michaele impressa, uel imprimenda teneri possint, concedimus, & indulgemus: Inhibentes omnibus & singulis Christi fidelibus, tam in Italia, quam extra Italiam existentibus praesertim bibliopolis, & librorum impressoribus sub excommunicatione latae sententiae: in terris uero Sanctae Romae. Eccle. mediate, uel immediate subiectis, etiam ducentorum ducatorum auri, camerae Apostolicae applicandorum, & insuper amissionis librorum poenis, toties ipso facto, & absque alia declaratione incurrenda, quoties contrauentum fuerit, ne intra decennium ab impressione dictorum operum, nec cuiuslibet ipsorum respectiue computandum, dicta opera, tam Latina, quàm Italica, hactenus non impressa, & per ipsum Michaelem imprimenda sine eiusdem Michaelis expressa licentia, dicto decennio durante, imprimere, seu ab ipsis, uel aliis praeterquàm a dicto Michaele impressa, & imprimenda uendere, seu uenalia habere, uel proponere, uel eas, ut supra, habere audeant. Mandantes uniuersis uenerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopis, eorumq; Vicariis in spiritualibus generalibus, & in statu temporali Sanctae Rom. Eccl. etiam Legatis, & Vicelegatis sedis Apostolicae, ac ipsius status gubernatoribus, ut quoties pro ipsius Michaelis parte fuerint requisiti, uel eorum aliquis fuerit requisitus, eidem Michaeli efficacis defensionis praesidio assistentes; praemissa ad omnem dicti Michaelis requisitionem contra inobedientes & rebelles per Censuras Ecclesiasticas, etiam saepius aggrauando, & per alia iuris remedia auctoritate Apostolica exequantur: inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii saecularis. et insuper, quia difficile admodum esset praesentem Motum proprium ad quaelibet loca deferri; uolumus & Apostolica auctoritate decernimus, ipsius transumptis uel exemplis etiam in ipsius operibus impressis plenam, & eandem prorsus fidem ubiq;, tam in iudicio, quàm

extra haberi, quæ præsenti originali haberetur: et cum absolutione à censuris ad effectum præsentium, & quod sola signatura sufficiat. Et ne de præmissis aliquis ignorantiam prætendere posit; quod præsens Motus proprius in Acie Campi Floris, & in ualuis Cancellariæ Apostolicæ huius almæ Vrbis affigatur, & ibidem per affixionem publicetur, & quod sic affixus, & in ipsis operibus per tempora impressus, per eundem omnes, quos tanget, ac si eidem personaliter intimatum foret, expresse uolumus, & mandamus irritum, & inane quicquid secus contigerit, præmissis omnibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; in contrarium facien. non obstantibus quibuscunque.

PLACET I.

A tergo.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo, Indictione octaua, Die uero uigesima tertia mensis Octob. Pontificatus Sanctißimi in Christo patris, & domini nostri, domini Iulii diuina prouidentia Papæ tertii, Anno primo, Retroscriptæ Literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in locis retroscriptis per me Iacobum Carratum Cursorem.

Mathurinus magister Cursorum.

1557. die. 25. Iunii in Rogatis.

Che sia concesso à Michele Tramezzino, che niuno altro, ch'egli, ouero chi hauera causa da lui, non possa stampar, ne far stampare in questa citta, ne in alcun luogo della Signoria nostra per spacio d'anni dieci proßimi, ne altroue stampata in quelli uendere la opera titolata Cronica de' Romani Pontefici di Frate Onofrio Panuino Veronese, Latina, & anco tradotta in lingua uolgare, essendo però obligato di osseruar tutto quello, ch'è disposto in materia di stampe.

Marcus Antonius Gregolinus
Ducalis Notarius.

ILLVSTRIS. ET REVERENDISS.
D. ALEXANDRO FARNESIO DIACONO
CARDINALI, ET SEDIS APOSTO-
LICAE CANCELLARIO,

ONVPHRIVS PANVINIVS VERONENSIS FRA-
TER EREMITA AVGVSTINIANVS S. P. D.



RAVISSIMA, et constanti omnium sapientum sententia constat Alexander Maxime, quũ uniuerso hominum generi, tum præcipue summis uiris, qui respublicas moderantur, & regunt, plurimum prodesse historiarum cognitionem. historiam enim præclaram rem esse, & humanæ uitæ utilissimam sapientissimus quisque semper iudicauit; quod tanquam suis coloribus expressa pictura, præstantissimorum hominum exempla ob oculos ponat, qui excellenti eruditione, uirtute, & felicitate diuinitus ornati, respublicas bene, & sapienter a se constitutas moderati sunt. eorum præterea uaria consilia, actiones, & euentus, diuersarum quoque gentium mores, leges, studia, instituta, gesta, & omnia demum, quæ ad humanæ uitæ conseruationem comparandam pertinent, nos aperte doceat. postremo, dum non solum initia, & incrementa imperiorum, sed caussas quoque, & occasiones uariarum mutationum exponit, & quæ res ornamentum, quæ salutem, quæq; uicissim inclinationes, & ruinas, aut exitium imperiis attulerit, ex ea facile diligens, & sagax rerum moderator ad suum usum plurima transferre queat. historia demum, ut paucis multa complectar, ea una est, qua, tanquam temporum teste, ueritatis luce, memoria uitæ, & quod utilissimum est, uitæ nostræ magistra unusquisque uti potest. hac ipsa certe generosas mentes ad studium, atque imitationem uirtutis mirifice accendi, à uitiisq; deterreri manifestum est, quum multarum rerum monumentis edoctæ, optimos quosque perpetuæ laudis gloria, apud posteritatem florere, improborum uero hominum memoriam detestabilem esse sæpissime uideant. quæ, & similia quum ego mecum diu, multumq; cogitassem, quantum in me est, studio iuuandi humanum genus, animum ad historias conscribendas conuerti. quum enim adhuc adole-

Historię utilitas.

scens siue cupiditate cognoscendi, quam omnibus hominibus ingenuit natura, siue naturali quadam ui, & inclinatione impulsus, totum me ad ueterum monumenta perquirenda dederim, mihi iam uideor eò prouectus esse, ut ea quæ sparsim, confuse, & indistincte in sexcentis prope annalibus legerim, aliis forte meliori ordine, & minore labore legenda tradere possem. porro autem quum etiam considerassem duas omnino maximas, & præstantissimas res esse, quibus orbis terrarum uniuersus regitur, & sustentatur, Religionem uidelicet, & Reipublicæ administrationem, utraque de re mihi disserẽdum esse iudicaui, quod multa essent in utroque genere, quæ hominum laboribus, & diligentia adhuc mihi indigere uidebantur. atque in primis ad ueterem populi Romani historiam, quæ omnium eminentissima, & dignissima est, manus admoueram; aliquotq; iam in ea non uulgares lucubrationes edideram, quum suasu primò, postea iussu beatissimæ recordationis, Marcelli II. Pontificis Maximi, qui eo tempore Cardinalis S. Crucis erat, coactus fui ad tempus ea, quæ in historia Romana conscripseram, imperfecta relinquere, & totum ad historiam Ecclesiasticam, Religionis scilicet, me conuertere. de qua quum antea cum eo sæpissime loquutus essem, existimauit forte uir grauis, sanctus, & omnibus numeris absolutus, me idoneum esse, qui tantæ moli humeros supponere possem; primoq; hortatus est, postea præcepit, ut ad historiam Ecclesiasticam conscribendam, Romana uetere ad tempus relicta, animum, uires, & calamum accommodarem. quum enim uideret omnes, qui præclaris ingeniis, aut eruditione pollerent, ad res Romanas ueteres, uel ad alias profanas disciplinas manus admouere, & hæc, quæ nostræ Religionis erant, ab omnibus relinqui, & quodammodo contemni, non potuit uir sanctus & sacrarum traditionum studiosissimus de temporum hac conditione non grauissime conqueri; quod uideret res ueteres profanas tantum habere splendòris, & ornamenti ex antiquorum, & recentiorum scriptorum monumentis, sacras uero sanctissimæ Christianæ religionis historias, & præsertim Latinas in tenebris, & obscuritate iacere, neminemq; adhuc repertum, qui eas ætate nostra à temporum, & uetustatis iniuria, uendicandas sibi proposuisset. ego autem etsi optime cognoscerem quantum mihi onus subeundum esset, meq; imparem tanto negocio esse, quum ob exiguam meam dicendi facultatem, tum ob rerum obscuritatem, ingenue semper confessus sim, tamen eius præceptis, & auctoritati, quæ suprema apud me erat, obtemperandum esse existimaui, in Deo optimo Maximo fiduciam habens, cuius ecclesiæ gesta literis

illuſtranda ſuſceperam, tantum mihi uirium ab eo ſubminiſtratum iri,
ut quæ ad eius honorem inchoaſſem, ad eius quoque laudem perficere
poſſem. dici igitur non poteſt quanto ſcribendi ſtudio, & quanta ani-
mi aiacritate fuerim accenſus, dum eius hominis ſanctiſsimæ uoluntati
mihi eſſet obtemperandum, quem omnium excellentiſsimum exiſtima
bam. tunc itaque non ſine maximis corporis laboribus, & periculis ua
ria uetuſta monumenta, præter ea, quæ in unum iam ante congeſſeram,
perquirere, & in ſexcentis libris ſparſas huius rei memorias magna cum
diligentia, & ſedulitate in unum colligere cœpi. nihil harum rerum fuit
in urbe Roma, ſupra cæteras orbis ciuitates copioſiſsima, nihil in urbis
templis, nihil in Baſilicis, nihil in Archiuiis, & Bibliothecis, quum pu-
blicis, tum priuatis, quo ad ſcribendum mihi opus eſſe exiſtimarem,
quod non diligentiſsime perquiſierim, inuenerim, atque etiam quod
non maximis pro tenui fortuna mea ſumptibus uel ipſe exſcripſerim,
uel ab aliis exſcribenda curauerim. peregrinationem quoque huius rei
cauſſa longam, & laborioſam per diuerſa terræ Italiæ loca ſuſcepi. tan-
dem igitur magna ueterum monumentorum copia inſtructus, & plura
in dies habere procurans, opus aggredior. uix autem ad ſcribendum
animum, & calamum accomodaueram, quum ipſe, cuius præcipue cauſ-
ſa arduam hanc, atque difficillimam prouinciam ſuſceperam, Romanus
Pontifex diuinitus creatus, aliquot diebus poſt importuna morte mi-
hi, & bonis omnibus præreptus, ingentis gaudii ſimul & luctus occa-
ſionem præbuit. quo acerbiſsimo caſu & ſi omni præſidio me deſtitu-
tum eſſe tunc crediderim, inſtitutum tamen ſemel incœptum non omit-
tendum eſſe iudicaui, quamuis non ea animi iucunditate, neque ea ſpe
id fecerim, ſtudio tamen iuuandi hiſtoriarum ſtudioſos, & ne tot labo-
ribus, tantoq; tempore parta ſine fructu amitterem, opus inſtitutum per-
ſequendum cenſui; omniaq; ad eam uſque formam, de qua paulo poſt
diſſeram, perduxi. ſed antequam ad inſtituti mihi operis rationem ex-
plicandam perueniam, reſpondendum mihi eſſe iudico duabus potiſſi-
mum hominum reprehenſionibus, in quas facile me incurrere poſſe arbi
tratus ſum: nam & ab his, qui hiſtoriæ ſacræ pleniſsimam haberi cogni-
tionem, ex Euſebii Cæſarienſis, Rufini Aquileienſis, Socratis Scho-
laſtici, Theodoriti Cyrenenſis, Hermii Sozomeni, Euagrii, Nicepho-
ri, Caliſti, Xantopuli, ceterorumq; huius generis ſcriptorum, monu-
mentis cenſent impudentiæ, & ab iis, qui uel amiſſa eiuſdem ornamen-
ta nulla ratione poſſe reſtitui, uel tenebris uetuſtatis oppreſſa prorſus ob
ſoluiſſe opinantur, imprudentiæ accuſari poſſem. impudentem enim me

iudicabunt esse, qui ea scribere mihi proposuerim, quae tot grauissimorum hominum monumentis satis splendoris habere credunt; imprudentem uero, quod mihi pollicear ea posse restitui, quae iam temporum uetustate uel omnino consumpta sunt, uel imperfectissima supersunt. quarum tamen reprehensionum suspicione nullo unquam tempore commotus sum. si enim Eusebius, & caeteri, quos citaui, historiae Ecclesiasticae grauissimi auctores, tam perfecte Occidentalis, & Latinae, sicut Orientalis, & Graecae Ecclesiae gesta monumentis literarum tradidissent; uel eorum historiae non uix quadringentos annos, sed mille, & quingentos continerent, nullum certe locum haberemus de temporis iniuria conqueri: & quoties ego hanc prouinciam assumpsissem, non possem nisi iure ab hominibus reprehendi, quum aliquam excusationem, ad quam confugerem, non haberem. sed quum uideamus Eusebium ipsum, & reliquos omnes historiae sacrae scriptores non nisi Graecarum Ecclesiarum gesta, uel praeclarorum hominum, qui in Oriente uersati sunt, eximia facta persequi; Latinae uero, uel Occidentalis Ecclesiae actiones aut breuissime, summatimque perstrinxisse, aut omnino omisisse, neque eorum historias ultra quingentesimum á Christi morte annum protendi; non ne iure optimo nobis dolendum est, ea ignorari, & tenebris uetustatis opprimi, quae tam ante quingentesimum, quám post á Christi morte annum in nostrarum partium Ecclesiis, urbibus, & prouinciis á nostris maioribus gesta sunt? quot sanctissimorum Martyrum agones? quot praeclarissimorum, & doctissimorum hominum gesta, & monumenta ignoramus? á quibus sacrorum ritus, sacras caeremonias, rationemque colendi uerum Deum accepimus, omnia instituta Ecclesiastica, quibus nunc utitur Occidens, & S. Romana Ecclesia, manarunt. ex qua rerum obscuritate, ut alia mala omittam, multae, immo fere omnes nostrorum temporum haereses exortae sunt; dum enim ueterum patrum, & antiquae Ecclesiae traditiones ignorant, nouam sibi comminiscuntur, & á uero abhorrentem uiuendi rationem. ut igitur haec ipsa, quantum á me fieri potuit, restituerem, prouinciam ipsam assumpsi, ut mihi arduam, & difficilem, ita aliis iucundam & (ut spero) utilem. neque etiam illud negari potest, nescio quo fato, quum catholicae tum occidentali Ecclesiae, atque in primis Romanae, misero quidem, ac funesto contigisse, ut quanto quisque de rebus in ea gestis exactius, & diligentius conscripserat, tanto magis illius libri hoc tempore aut omnino desiderentur; aut mutili uel deprauati habeantur. ubi enim sunt Hegesippi Apostolicis temporibus uicini quinque commentariorum libri, quos de rebus in primitiua Ecclesia gestis scripsisse

fuisse referunt Eusebius,& Hieronymus? ubi Papiæ Hieropolitani Episcopi Ioannis Apostoli auditoris, ubi Quadrati Atheniensis Præsulis, & Aristidis Christiani philosophi,qui Apostolorum discipuli fuerunt, & aliorum ueterum scriptorum Ecclesiasticæ historiæ? ubi septem illorum S.R.E.Notariorum continenter,omnibusq; temporibus gesta martyrum solicite perquirentium,accuratissimeq;,& diligentissimæ perscribentium monumenta? ubi demum Damasi Papæ liber,quem de Romanorum Pontificum, qui ante se fuerunt, actibus,rebusq; gestis scripsit, quemq; egregium fuisse testatur Diuus Hieronymus? omnia prorsus eorum hominum,qui superioribus sæculis uixerunt,negligentia, uel etiam persequutionum immanitate,interiisse,abolita,atque obliterata esse summopere est ingemiscendum. nam eum libellum qui Damasi Papæ titulo uulgatus, in conciliorum tomo primo excusus est, non est uerisimile esse librum illum,de quo scripserit Hieronymus,qui adeo non meretur egregius dici,ut ne libri quidem appellatione ob paruitatem dignus sit; ex Damasi tamen libro illum esse ab Anastasio Monacho,& S. R. E. Bibliothecario,qui uitas Romanorum Pontificum usque ad Nicolaum Papam primum scripsit,excerptum existimo. Quid loquar autem de illis,qui nobis supersunt historiæ Ecclesiasticæ Latinæ scriptoribus? si modo scriptorum nomine digni sunt. hi enim uel adeo negligenter litterarum monumentis,quæ scripsere,tradiderunt,ut nihil uel parum memoria dignum, de his præsertim rebus, quas modo cognoscere ualde esset necessarium,in his inueniri possit;uel si quid hominum commendatione dignum perscripserunt,id adeo temere aliquando,præpostere & inepte, temporum que ordine, aut corrupto, aut immutato ab illis refertur, ut admodum exiguam lucem ad cognoscendas res gestas adferre possint iis qui in historiis legendis non ita uersati sunt. fabulas quoque mendaciorum plenas,rebus ueris immiscere non ueriti, effecerunt, ut multi uel in uarios errores inducti ea credid erint,quæ nulla ratione unquam esse potuerunt,uel neque ueris postea neque falsis fidem adhibuerint. nonnulli etiam scriptores quũ mutili alicubi aut manci sint,infinitis quoque pene mendis, & erroribus librariorum negligentia, ut existimo, subortis, adeo scatent,ut ea medicina indigere uideantur,quam nobis neque Chyron quispiam,aut Aesculapius tradere possint,quum eorum restitutio solius ueri,& germani exemplaris inuentioni nitatur. Quæ quum ita sint; neminem esse censeo,qui nõ aperte cognoscat,an historia sacra Latina,& præsertim Romana opus habeat restitutione,ac nouo quoddam,& diligenti scriptore. ego autem nunquam sum diffisus per ea,quæ nobis su-

perſunt uetera monumenta,uel eorum fragmenta,licet etiam multa cor-
ruptisſima ſint,per diuerſorum conciliorum actiones, per uariorum li-
brorum collationem,hiſtoriam hanc Eccleſiaſticam Latinam, poſſe ea ra
tione reſtituere,& inluminare,ut quæ aliquando clara,aperta, & manife-
ſta erant, quæque his temporibus obſcurisſima facta ſunt, & ſi non ad
priſtinum nitorem,paulo tamen clariora,& lucidiora reddere poſſe, at-
que ea,quæ in ſexcentis prope uel hiſtoriis uel diuerſorum auctorum lo
cis,non ſine tædio,& pauco cum fructu legi poſſunt,ita componere,& in
unum corpus reducere,ut nullo negocio,nulloq; labore legi, & cognoſci
posſint. nihil enim tam exiguum, & tam paruum in hac re fieri poteſt,
quod non utile ſit futurum,& maxima commendatione dignum: ex ob
ſcurisſimis enim multa clariora fieri poſſunt. totius autem inſtituti mei
ratio eſt,hiſtoriam uniuerſam Eccleſiaſticam, tam Græcam quàm Lati-
nam,alia ratione,atque ſcriptores Græci fecerunt, à Chriſti Natali die ad
noſtra uſque tempora perducere. & quoniam Catholicæ Eccleſiæ pars
maxima eſt Eccleſia Romana,immo eſt totius Eccleſiæ caput,decreui pri
mo Eccleſiæ Romanæ geſta ſpeciatim deſcribere, quum,quod multa ſint
cognitu dignisſima,quæ ab aliis prætermiſſa ſunt,tum etiã,quod cum reli
quo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ corpore non ita bene conuenirent. eo igitur
uolumine, quem hiſtoria Eccleſiaſtica ſequetur,geſta Romanorum Pon-
tificum ſpeciatim,& copioſe deſcribentur. cuius operis,tanquam index
ſiue fundamentum eſt hæc,quam præmitto, Romanorum Pontificum
& Cardinalium ab eis per quingentos à Chriſti natali poſteriores annos
creatorum ſeries, quæ uniuerſæ hiſtoriarum moli maximo adiumento
eſt futura. ex hac enim totum hiſtoriarum, tum Romanorum Pontifi-
cum,tum Eccleſiaſticarum corpus regitur,& gubernatur. non enim ſine
ratione adductus in ea laboraui; nam, quum primo manibus ad ſcriben
dum admotis, animaduertiſſem non tam Romanorum Pontificum,
quam cæterorum quatuor ſedium Patriarcharum ſeries, quorum geſtis
omnis hiſtoriæ meæ ratio niteretur,labantes inconſtanteſq;, ac multis in
partibus imperfectas apud omnes etiam uetuſtisſimos ſcriptores eſſe, ut
ipſe illas per ea,quæ relicta ſunt Chriſtianæ antiquitatis monumenta pri
mo reſtituerem, atque quantum a me fieri poſſet in annorum à Chriſto
nato numerandorum ratione, rectisſimo,accuratoq; ordine illuſtrarem,
& quæ plerique auctorum Latinorum ſparſim conſcripſerant in unum
quaſi corpus colligerem, munus accepi, porro autem hunc Cardina-
lium Romanæ Eccleſiæ Cathalogum ob multas cauſſas adiunxi, primo
ne ſi tantum Romanorum Pontificum nuda nomina exiiſſent, liber hic

meus libri appellatione dignus non eſſet. deinde ne hæc Cardinalium nomina, quæ inter perquirendum uetuſta monumenta collegi, ignorarentur, quam rem non iniucundam fore exiſtimaui. poſtremo quod in illuſtrandis Romanorum Pontificum geſtis, ſingulorum etiam Cardinalium, qui in hoc indice continentur, uitas breuiter, ſummatimq; deſcripſi; quum eorum interuentu & miniſterio omnia ferè, quæ Romani Pontifices geſſerunt, eos feciſſe nemo non cognoſcat. hinc enim tot ſedis Apoſtolicæ Apochriſariorum, Nunciorum, & Legatorum per orbem terrarum toties repetita nomina. Sit igitur hic primus totius mei inſtituti liber, qui geſta Romanorum Pontificum, & Cardinalium tanquam index præcedat. quem poſtea tertius ſequetur, in quo uniuerſam hiſtoriam Eccleſiaſticam complectar. hos autem primos ingenii mei fructus, quos Typis iuſti operis titulo excudendos tradiderim, ego tuo potiſſimum clariſſimo nomine, Alexander Maxime, diuulgare, atque prodere non ſolum uolui, ſed id facere me debere ob iuſtas cauſſas exiſtimaui; quarum, ut ceteras omittam, hæ præcipuæ ſunt; quod ad Cardinalem, & eum quidem omnium, qui fuere, maximum, de Cardinalibus liber ſcriptus mitti iure debet; deinde, quum ſtudioſorum omnium patronum iam multo tempore te ipſum præſtiteris, mihi quoque beneficentiam tuam inexpertam eſſe noluiſti. quem ſi alacriter, ut ſpero, ſuſceperis, ad longe maiora, quæ pollicitus ſum, quamprimum euulganda animum accendes. Vale. Parmæ, Kal. Maiis, Anno domini M D LVII.

AMICO LECTORI S.



COnsilij mei non erat hanc Romanorum Pontificum & Cardinalium seriem, seorsum à secunda totius instituti mei parte, cum ea uidelicet quæ tam Romanorum Pontificum quàm Cardinalium gesta cõtineret, publicare; ut hæc eius operis ueluti index præesset. Sed hoc facere coactus sum, quod intelligam hunc ipsum meum laborem, mihi diu ante subreptum mei nominis titulo imprimi. quod neque ego multum curarem, si integer, non corruptus, uerus & non falsus edi posset. nam uix ei manum admoueram quũ mihi sublatus fuit. eratq; adhuc res informis, & infinitis erroribus scatens: nondum enim illi extremam manum imposueram, neq; ea omnia uideram uel emendaueram, quæ opus erat. sed ut usu uenit omnibus hominibus in laborando, qui primo labores suos nescio quo modo, ut ursi fœtus suos, informes edunt, & postea paulatim lambendo excolunt, & repurgant, sic ego postea errores, qui passim occurrebant, sustollere curaui. cum igitur ut dixi uix prima forma conflaueram, quũ mihi subreptus fuit. atque ut homines cognoscant hunc esse, qui ex mea prodijt officina, non illum qui mihi sublatus fuit, eum publicare maturaui, quod hic purgatus sit, & quantum à me fieri potuit, erroribus sublatis ad rectum redactus. hunc igitur non illum, si quando euulgabitur meum esse laborem omnes sciant, nec ob eius publicandi celeritatem tempus ha.

bui, clypeos, siue insignia singulorum Pontificum, & Cardinalium, quæ etiam à me collecta ille habuit, ut inciderentur, procurare: sed omnia & copiosius, & longe diligentius excudentur in secunda parte, quæ Romanorum Pontificum, & Cardinalium uitas continebit. eum autem cur potissimum in tres partes diuiserim, non alienum erit à proposito meo explicare. nam in hac Romanorum Pontificum serie secanda, temporum conditionem, & scriptorum copiã, uel defectum sequutus sum. quapropter eam partem, quæ est à beato Petro ad Nicolaum Papam primum, ideo primam appellaui, atq; à cæteris seiunxi, quod ipsa perpetuum quendam habeat scriptorem, Anastasium uidelicet Monachum, & S.R.E. Bibliothecarium, qui tenore uno, eoque continuo, omnes Romanorum Põtificum uitas usque ad sua tempora descripsit. uixit autem Nicolai Papæ primi, & Hadriani II. eius successoris temporibus. quem potissimum in hac prima parte sequutus sum; atque ob eam caussam satis distincte, aperte & manifeste, Romanorũ Pontificum successiones usque ad id tempus habentur. continet aũt hæc pars annos Christi DCCCLXVII. ab Hadriano autem II. alteram exorsus sum partem, quam ideo usque ad Clementem Papam II. perduxi, quod illius sæculi gesta tum in toto orbe, tum in Romanorũ Pontificum successionibus, siue temporum iniuria, siue hominum, qui ætate illa uixerunt, negligentia, obscurissima sint, tenebrisque uetustatis adeo obsita, ut non sine maxima difficultate ueritas erui potuerit. in eis autem explicandis præci-

pue aliquot maximorum Pontificum, qui per ea tempora ui xerunt, sepulchrorũ elogijs, uetustisq; inscriptionibus, quæ adhuc per uarias urbis basilicas extant, usus sum. nonnihil et adiutus fui ex Liutprandi Ticinensis historia, Reginonis, Hermani Contracti, & Sigiberti Monachorũ chronicis, & aliquot præterea eius ætatis scriptorum concisis historijs, quorum monumentorum auxilio, quod prima fronte mihi fieri non posse ulla ratione uidebatur, confeci. hanc igitur ob caussam secundam illam partẽ esse uolui, quæ tempora, ob scriptorum inopiam obscurissima facta, contineret, à prima, quæ clarior erat, & à tertia, de qua mox loquar, distincta. tertiam porrò partem ob multas rationes à Clemente II. initium habere uolui, quarum præcipuæ sunt; quòd ab eo tempore Cardinalium perpetua fere, atque constans habeatur series. item, quod ob scriptorum copiam, res Ecclesiasticæ ab ea tempestate certiores, illustriores, & clariores sunt: omnes enim fere, qui ea ætate, uel nõ longe post, aliquid memoriæ prodidere, quorum maior pars fuerunt Germani, ab eo tempore deinceps distinctissime Romanorum Pontificum gesta persequuti sunt, occasione accepta, quod tunc Pontifices Maximi cum Germanis Imperatoribus, quorũ illi uitas, & gesta describebant, primo multum commercij, mox dissidij habere ceperunt. postremo, quod tunc Ecclesia Romana occasione creationis Clementis II. ex parua, imbecilli, & imperatorum quodammodo ancilla, sensim, & paulatim adeò in immensum tolli cœperit, ut iam omnium domina facta, mole sua ruere uideatur, & ideo iure S E=

CVLVM NOVVM ECCLESIAE ROMANAE. *is annus quo Clemens II. creatus fuit, inscribi posset. Sed de his latius alibi differendi locus erit. Cardinales autem non ante Leonis IX. uel Clementis II. tempora descripsi, tum quod neque eorum antea perpetua haberi potest series, sicut post; tum etiam quod eorum quorum extat memoria non nisi nuda nomina reperiantur; nec qui, uel cuiates fuerint unquam inueniri potuerim; parumq; uel nihil, ex eorum gestis superſit. Tamen ne hoc quoque desiderari posſit, in secunda totius mei instituti parte, singulis Pontificibus Romanis eorum Cardinalium nomina adieci, quos sub eis uixisse legerim. Et si forte quempiam eorum aliquid memoria dignum fecisse inuenerim, id scribere nō omisi. Interim, amice lector, bono animo hæc perlegas, donec alia excudenda parentur. Continet uero hæc pars annos. DX. Vale.*

ONVPHRII PANVINII VERONENSIS, FRATRIS EREMITAE AVGVSTINIANI,

ROMANORVM PONTIFICVM PARS PRIMA.

ANNO CHRISTI XLIIII.



ANCTVS *Simon Petrus Cephas Ioannes filius Bethsaidensis Galilæus, Iesu Christi discipulus, atque ab eo Princeps Apostolorum designatus, primus Romanam ecclesiam fundauit, erexitq́; ac in ea Episcopus primus,* Ti. Claudio *Cæsare* Augusto *Germanico*; *&* Imperatore *Nerone Claudio Cæsare* Augusto *Germanico, sedit* Annos 24. Men. 5. Dies 12. Pont. 1.
A die scilicet 15. Calendas Februarij, Ti. Claudio Drusi filio Cæsare Augusto Germanico III. *&* L. *Vitellio P. Filio* II. *Consulibus, qui annus erat post Christi Natalem* 44. *quo primum ingressus est urbem; usque ad diem* III. *Calendas Iulij, C. Fonteio L. Filio Capitone, & C. Iulio C. filio Rufo Coss. Is Annus Christi Natalis erat* 68. *in quo Imperatore Nerone Claudio Augusto, Romæ capite deorsum uerso, in cruce affixus est, atque in monte Vaticano sepultus.*

ANNO CHRISTI LVII

Beatus Apostolus Petrus, Romanum agens Pontificatum, quum solus quotidianis fidelis populi necessitatibus non sufficeret, duos Chorepiscopos creauit, Linum in Vrbe, & Cletum in suburbijs, quibus sacerdotale ministerium populo Romano, & aduenis, qui ad se ueniebant exhibentibus, ipse orationi, & prædicationi populum erudiens, uacaret.

ANNO CHRISTI LXVIII.

Sanctus Pontifex Petrus, paulo ante obitum suum, quum martyrij sui tempus appropinquare, domino reuelante, cognouisset, beatum Clementem

S.R.E. ueterem Presbyterum, Episcopum Romanum designatum, in successorem suum per manuum impositionem cōsecrauit; eiq; cathedram Episcopalem, & Romanam ecclesiam post se ab eo regendam, commendans; Ego (inquit) eandem tibi potestatem ligandi, atque soluendi trado, quam mihi dominus meus Iesus Christus reliquit, in qua spretis ac contemptis rebus omnibus, tum corporis, tum fortunæ, oratione, & prædicatione, saluti hominum, ut bonum pastorem decet, consule. His itaque dispositis, quum ordinationes nonnullas Romæ mense Decembri fecisset, quibus Episcopos sex, Presbyteros decem, & Diaconos septem creauit, non longe post, martyrio cum Paulo Apostolo coronatus, occubuit.

ANNO CHRISTI LVII.

2 SAnctus Linus Herculani filius Volaterranus Etruscus, Petri Apostoli discipulus, & ab eo cum Cleto Chorepiscopus ordinatus, sedit Romæ, absente sancto Petro, Annos 11. M. 3. D. 12.

Creatus Imperatore Nerone Claudio Cæsare Augusto Germanico; Q. Volusio L. filio Saturnino, & P. Cornelio P. F. Scipione Consulib. Anno Christi Natalis 57. pridie Idus Iunij. Sedit usque ad annum Christi 68. & IX. Calendas Octobris diem, in quo Imp. Nerone Cæsare Augusto, C. Fonteio L. F. Capitone, & C. Iulio C. F. Rufo Coss. quum esset etiā Clementis, qui primus post Petrum Apostolū Pontifex Ro. fuit Chorepiscopus, altero mense, & die uigesimo sexto à Petri morte, capite cæsus est, atque iuxta S. Petri Apostoli corpus in Vaticano sepultus. Quum ex mandato beati Petri Apostoli, ordinationes duas fecisset, quibus Episcopos XV. Presbyteros XVIII. & Diaconos ordinauit.

ANNO CHRISTI LXVIII.

3 SAnctus Clemens Faustini filius Romanus, de Regione II. Cœlimontium, primus post Petri Apostoli mortem Romanus Episcopus, paulo ante obitum suum ab eo designatus; Imperatore Nerone Claudio Cæsare Augusto Germanico; Ser. Sulpitio C. F. Galba. Imp. Cæsare Augusto; Imp. M. Saluio Othone Cæsare Augusto; A. Vitellio L. filio Germanico Imperatore Augusto; & Imp. Cæsare T. Flauio T. filio Vespasiano Augusto, Romæ sedit Annos 9. M. 4. D. 26.

A die iij. calendas Iulij anni 68. usq; ad annum Christi Natalis 77. diemq;

IX. Cal. Decembris; In quo Imp. Cæsare T. Flauio T. filio Vespasiano Augusto VII. & T. Flauio Augusti filio Vespasiano Cæsare V. Consulibus, quum in Ponto, ubi in exilium actus fuerat, occisus fuisset, ibidem sepultus, iacuit usque ad tempora Nicolai Papæ primi; sub quo Romam translatus, in Basilica suo nomini dicata conditus est.

Sanctus Clemens iussu præcepto'ue beati Petri Apostoli, post eius mortem suscepit Romanæ ecclesiæ pontificatus administrationem, sicuti ei fuerat à domino Iesu Christo Cathedra tradita uel commissa. Hæc Damasus Papa.

S. Clemens Notarios septem instituit, qui gesta martyrum solicite, & diligenter perquisita describerent. ordinationes quoque duas mense Decembri fecit, quibus Episcopos XV. Presbyteros decem, & Diaconos duos creauit.

ANNO CHRISTI LXXVII.

Sanctus Cletus Aimiliani filius Romanus de regione Esquilina, quartus in ordine Pontificum Romanorum addito Lino; secundus uero post Petrum Apostolum Papa; Imp. Cæsare T. Flauio Vespasiano Augusto; Imperatore T. Cæsare Vespasiano Augusto; & Imp. Cæs. Flauio Domitiano Aug. Germanico, Romæ sedit Annos 6. M. 5. D. 3. 4

Is quum Chorepiscopus Clementis, sicut etiam antea & Petri fuerat, remansisset, Clemente in exilium acto, Romanam ecclesiam rexit, atq; post eius obitum, ut antiquior in religione Christiana discipulus, & de ea præ cæteris benemeritus, audita Clementis morte, omnium Presbyterorum, et reliquorum fidelium suffragijs Pontifex Romanus confirmatus fuit, quum prius sub Petro, & Clemente Chorepiscopus fuisset annos 20. menses 8. diesq; 29.

Sedit igitur à die obitus Clementis; uidelicet IX. Cal. Decembris Anni Christi 77. usque ad annum 84. In quo VI. Calendas Maij. Imperatore Cæsare Flauio Domitiano Augusto Germanico IX. & T. Virginio Rufo II. Consulibus; quum ordinationem unam XXV. Presbyterorum fecisset, occisus est; & in Vaticano, iuxta S. Petri Apostoli corpus sepultus.

Mortuo Cleto Papa uacauit Romanus pontificatus D. 20.

Hæc autem omnia ex Damaso Papa Ioannis iij. Pontificis Maximi epistola decretali, & alijs antiquis, probatisq; auctoribus collecta sunt.

ANNO CHRISTI. LXXXIIII.

5 SAnctus Anacletus Antiochi filius Atheniensis Graecus S. R. E. Presbyter à beato Petro Apostolo factus, quintus Pontifex Romanus, Imper. Caes. Flau. Domitiano Aug. Germanico, sedit Annos 12. M. 1. D. 17.

Creatus XVI. Cal. Iunij. Occisus III. Idus Iulij Anno Christi 96. C. Antistio L. filio Vetere, & C. Iulio Valente Coss. & iuxta S. Petrum in Vaticano sepultus; quum ordinationes duas mense Decembri fecisset; quibus Episcopos VI. Presbyteros V. & Diaconos III. creauit. eo autem mortuo uacauit Romana sedes D. 13.

Operaeprecium autem esset hic exactiorem rationem reddere, qua ductus quinque Pontificum Romanorum praecedentium seriem, contra omnium fere cum ueterum, tum recentiorum auctorum, tam Graecorum, quam Latinorum sententiam, ex Damasi Papae tamen libello assumptam, hoc ordine disposuerim. sed quum res ipsa longiorem orationem, quàm quae modo subijci posset desideraret, simulque quod exactissime haec in eo opusculo, quod de uita Petri, & Pauli Apostolorum ad Marcellum II. Papam conscripsi, explicata sunt, id praetereundum esse iudicaui. hoc tantum lectorem admonitum uelim, à me id non ab re factum fuisse, quod ex eo libro, quum impressioni dabitur, facile ab omnibus cognosci poterit.

ANNO CHRISTI XCVI.

6 SAnctus Euaristus Iudae filius Bethleemites Syrus; Imp. Caesare Flauio Domitiano Aug. Germ. Imp. M. Cocceio Nerua Caesare Augusto, & Imp. Caesare Nerua Traiano Aug. Germanico Dacico; Romae in cathedra Petri sedit Annos 13. M. 3.

Creatus VI. Calendas Augusti. quumq; ordinationes tres mense Decembri fecisset, quibus Episcopos V. Presbyteros VI. Diaconos duos creauit; VII. Calendas Nouembris, Anno Christi 109. occisus est, & iuxta S. Petri Apostoli corpus in Vaticano sepultus; App. Annio Trebonio Gallo, & M. Atilio Metilio Bradua Coss. post cuius obitum uacauit Romana sedes dies 19.

ANNO CHRISTI CIX.

SAnctus Alexander Alexandri filius Romanus de uico caput Tauri, Imp. Cæsare Nerua Traiano Augusto Dacico Parthico, sedit Annos 7. M. 5 D. 19. 7

Creatus XVII. Calend. Decembris; & quum ordinationes tres mense Decembri fecisset, quibus Episcopos V. Presbyteros VI. & Diaconos tres ordinauit; V. Nonas Maij, Anno Christi 117. occisus est; & uia Numentana, septimo ab urbe lapide, sepultus; L. Antistio L. filio uetere, & L. Aemilio Aeliano Coss. uacauit sedes M. 1. D. 4.

ANNO CHRISTI. CXVII.

SAnctus Xystus Pastoris filius Romanus de regione uia lata, Imp. Cæsare Nerua Traiano Augusto Parthico; & Imp. Cæsare Traiano Hadriano Augusto, sedit Annos 9. M. 9. D. 10. 8

Creatus VI. Idus Iunij, qui quum ordinationes tres mense Decembri, Episcoporum IIII. Presbyterorum XI. & Diaconorum IIII. fecisset, VIII. Idus Aprilis Anno Christi 127. occisus est, & in Vaticano iuxta S. Petrum sepultus, Vespronio Vero, & Vibullio Pio Coss. uac. sed. dies 2.

ANNO CHRISTI. CXXVII.

SAnctus Telesphorus Anachoretæ filius Græcus, Imp. Cæs. Traiano Hadriano Augusto, sedit Ann. 11. M. 8. D. 28. 9

Creatus V. Idus Aprilis; ordinationibusque quatuor Episcoporum XIII. Presbyterorum XII. & Diaconorum VIII. mense Decembri factis; Nonis Ianuarij Anni Christi 139. occisus est, ac in Vaticano sepultus. Quintio Nigro Magno, & Sulpitio Camerino Coss. uacauit sedes dies 7.

ANNO CHRISTI. CXXXIX.

SAnctus Hyginius Philosophi filius Atheniensis Græcus Imp. Cæsare T. Aelio Hadriano Antonino Augusto Pio, sedit annos 11. 10

Creatus Idibus Ianuarijs. quumque ordinationes tres mense Decembri, fecisset, quibus Episcopos sex, Presbyteros XV. Diaconosq; V. crea-

uit III. Idus Ianuarij Anno 150. occisus est, & in Vaticano iuxta S. Petrum sepultus; Ser. Cornelio Scipione Orfito, & Q. Nonio Prisco Coss. uac. sedes D. 3.

ANNO CHRISTI CL.

11 SAnctus Pius Rufini filius Aquilegiensis Imp. Cæsare T. Aelio Hadriano Antonino Augusto Pio, sedit Annos 4. M. 5. D. 27.
Creatus XVIII. Calendas Februarij. qui quum ordinationes quatuor mense Decembri Episcoporum X. Presbyterorum XIX. & Diaconorum XI. fecisset, V. Idus Iulij, Anno 154. occisus est, ac in Vaticano sepultus; Brutio Præsente, & Antonio Rufino Coss. uacauit sedes dies 13.

ANNO CHRISTI CLIIII.

12 SAnctus Anicetus Ioannis filius de Vico Numisla Syrus, Imp. Cæsare T. Aelio Hadriano Antonino Augusto Pio; Imp. Cæsare M. Aurelio Antonino Augusto Germanico Sarmatico; & Imp. Cæsare L. Aelio Aurelio Vero Commodo Antonino Augusto Armeniaco, sedit Ann. 8. M. 8. D. 24.
Creatus VIII. Cal. Augusti. ordinationes autem quinque, Episcoporum IX. Presbiterorum XVIII. & Diaconorum IIII. mense Decembri fecit. occisus XV. cal. Maij, Anno Christi 163. Sepultusque Via Appia, tertio ab urbe lapide, in cœmeterio, quod postea Calisti appellatum est, Iunio Rustico iterum, & Vectio Aquilino Coss. uacauit Romana sedes dies 17.

ANNO CHRISTI CLXIII.

13 SAnctus Sother Concordij filius Fundanus Campanus, Impp. Cæsaribus M. Aurelio Antonino, & L. Aelio Aurelio Vero Augustis, sedit Ann. 7. M. 11. D. 18.
Creatus III. Nonas Maij; qui quum ordinationes sex mense Decembri fecisset, quibus Episcopos XI. Presbyteros XIX. Diaconosque IX. creauit, X. cal. Maij Anni Christi 171. occisus est, ac uia Appia ad Catacumbas, in cœmeterio quod postea Calisti appellatum est, sepultus, L. Iunio Claro; & M. Aurelio Seuero cethego Coss. uac. Ro. sedes dies 21.

ANNO CHRISTI CLXXI.

SAnctus Eleutherus Habundij filius Nicopolitanus Græcus, Impp. Cæsaribus M. Aurelio Antonino, & L. Aurelio Commodo Augustis, sedit Ann. 15. D. 13. 14

Creatus pridie Idus Maij. ordinationes tres mense Decembri fecit, Episcoporum XV. Presbyterorum XII. & Diaconorũ VIII. occisus VIII. Cal. Iunij, Anno 186. & in Vaticano sepultus, L. Triario Materno, & M. Atilio Metilio Bradua Coss. uacauit sedes dies 5.

ANNO CHRISTI CLXXXVI.

SAnctus Victor Felicis filius Afer, Imp. Cæsare M. Aurelio Commodo Antonino Pio Felice Augusto, Imp. Cæsare P. Neluio Pertinace Augusto, & Imp. Cæs. L. Septimio M. F. Seuero Pio Pertinace Augusto, sedit Annos 12. M. 1. D. 28. 15

Creatus Cal. Iunijs, ordinationes duas mense Decembri fecit Episcoporum XII. Presbyterorum IIII. & Diaconorum VII. & V. Cal. Augusti, Anno Christi 198. occisus est, ac in Vaticano sepultus Ap. Claudio Laterano, & M. Mario Titio Rufino Coss. uacauit sedes dies 12.

ANNO CHRISTI CXCVIII.

SAnctus Zephirinus Habundij filius Romanus, Imp. Cæs. L. Septimio Seuero Augusto. Imp. Cæs. M. Aurelio Caracallo Antonino P. F. Augusto, & Imp. Cæs. M. Opelio Seuero Macrino Felice Augusto, sedit Ann. 20. D. 17. 16

Creatus IIII. Idus Augusti. Ordinationes IIII. mense Decembri fecit, quibus Episcopos XIII. Presbyteros XIII. & Diaconos VII. creauit. occisus VII. Cal. Septembris, Anno 218. & in cœmeterio suo iuxta Catacumbas uia Appia sepultus est, Brutio Præsente, & Extricato Coss. uacauit sedes Romana dies 6.

ANNO CHRISTI CCXVIII.

SAnctus Calistus Domitij filius Romanus de uico Rauennatium, Imp. Cæsare M. Opelio Seuero Macrino Felice Aug. Imp. Cæs. M. Aurelio 17

Antonino Alagabalo P. F. Augusto, & Imp. Caes. M. Aurelio Seuero Alexandro Augusto, sedit Annos 6. M. 1. D. 13.
Creatus IIII. *Nonas Septembris; quumque ordinationes quinque mense Decembri Episcoporum* VIII. *Presbyterorum* XVI. *& Diaconorum* IIII. *fecisset, pridie Idus Octobris Anni* 224. *occisus est, ac in Coemeterio Callepodij Presbyteri sui, uia Aurelia, tertio ab urbe lapide sepultus, Maximo iterum, & Papirio Aeliano Coss. uacauit sedes Dies 6.*

ANNO CHRISTI CCXXIIII.

18 S*Anctus Vrbanus Pontiani filius Romanus, Imp. Caes. M. Aurelio Seuero Alexandro P. F. Aug. sedit Ann.* 7. *M.* 7. *D.* 5.
Creatus XII. *Cal. Nouembris. ordinationes* V. *mense Decembri fecit, quibus Episcopi* VIII. *Presbyteri* IX. *& Diaconi* V. *creati sunt, occisus* VIII. *Cal. Maij, Anno* 232. *sepultus est uia Appia in coemeterio Praetextati, M. Aurelio Claudio Pompeiano, & Feliciano Coss. uac. sedes D.* 30.

ANNO CHRISTI CCXXXII.

19 S*Anctus Pontianus Calpurnij filius Romanus, Imp. Caes. Alexandro Augusto, sedit Annos* 4. *M.* 4. *D.* 27.
Creatus VIII. *Cal. Iulij, quumque ordinationes duas mense Decembri fecisset, quibus Episcopos* VI. *Presbyteros* VI. *& Diaconos* V. *creauit, Anno* 236. *in exilium in insulam Sardiniam actus est; ubi* XIII. *Cal. Decembris mortuus est, Romamque relatus in coemeterio Calisti uia Appia sepultus, L. Catilio Seuero, & L. Ragonio Vrinatio Tuscionio Quintiano Coss. uac. sedes D.* 1.

ANNO CHRISTI CCXXXVI.

20 S*Anctus Antherus Romuli filius Graecus Imp. Caesare C. Iulio Maximino P. F. Augusto, sedit M.* 1. *D.* 14.
Creatus in Sardinia die post obitum Papae Pontiani XI. *Cal. Decembris, & quum Romae mense Decembri Episcopum unum creasset,* III. *Nonas Ianuarij Anni* 237. *occisus est, ac uia Appia in coemeterio Calisti sepultus C. Iulio Maximino Pio Felice Augusto, & C. Iulio Africano Coss. uac. sedes dies* 13.

ANNO

ANNO CHRISTI CCXXXVII.

SAnctus Fabianus Fabii filius Romanus, Impp. Cæsaribus Maximino; D. Cœlio Balbino; M. Clodio Maximo Pupieno; M. Antonio Gordiano; M. Iulio Philippo; C. Meßio Quinto Traiano Decio P. F. Augg. sedit Ann. 14. D. 4. 21

Creatus XVII. Cal. Februarij; ordinationibusque quinque mense Decembri Episcoporum XI. Presbyterorum XXII. & Diaconorum VII. factis, occisus est XIII. Cal. Februarij, & in cœmeterio Calisti uia Appia sepultus, Imp. Cæsare CN. Meßio Quinto Traiano Decio P. F. Augusto II. & Q. Herennio Etrusco Hostilio Meßio Traiano Decio iuniore Nobiliß. Cæsare Consulibus. uac. sedes M. 1. D. 26.

ANNO CHRISTI CCLI.

SAnctus Cornelius Castini filius Romanus. Impp. Cæsaribus Decio; C. Vibio Treboniano Gallo; & Vibio Volusiano Augustis edit annos 2. menses 5. D. 27. 22

Creatus XIIII. Cal. Aprilis, quumque ordinationes duas mense Decembri fecisset, quibus Episcopi VII. Presbyteri IIII. & Diaconi IIII. creati sunt; XIX. Cal. Octobris Anni Christi 253. occisus est, & iuxta cœmeterium Calisti uia Appia in Prædiolo Lucinæ prope Harenarium in crypta sepultus est, Impp. Cæsaribus Gallo & Volusiano Augg. Cos. Valeriano iam Imperatore facto. uac. sed. M. 1 D. 5.

SCHISMA PRIMVM IN ROM. ECCLESIA.

ANNO CHRISTI CCLI.

NOuatianus Romanus S. R. E. Presbyter, in schismate contra Cornelium Papam legitimis suffragijs creatum, xiiij. Cal. Aprilis renunciatus sedit. Verum in hæresim lapsus, sacerdotio iniuste assumpto, & ecclesia exactus est. 1 Primus Antipapa.

ANNO CHRISTI CCLIII.

SAnctus Lucius Porphyrij filius Romanus Impp. Cæsaribus P. Licinio Valeriano, & P. Cornelio Licinio Gallieno Pijs Felicibus Augg. se- 23

dit annum 1. M. 4. D. 14.

Creatus X I I I I. Cal. Nouembris. ordinationem unam mense Decembri fecit, Episcoporum V I I. Presbyterorum I I I I. & Diaconorum I I I I. occisus iiij. Nonas Martij, Anno 255. & in cœmeterio Calisti uia Appia sepultus. Impp. Cæsaribus Valeriano Aug. I I. & Gallieno Aug. Coss. uacauit sedes mensem 1. D. 5.

ANNO CHRISTI CCLV.

24 SAnctus Stephanus Iulij filius Romanus S. R. E. Archidiaconus à Cornelio Papa factus Impp. Cæss. Valeriano & Gallieno Augg. sedit annos 3. M. 3. D. 24.

Creatus I I I I. Idus Aprilis. ordinationes duas mense Decembri fecit Episcoporum I I I. Presbyterorum V I. & Diaconorum V. occisus I I I I. Nonas Augusti, & in cœmeterio Calisti sepultus anno 258. Impp. Cæss. Valeriano I I I. & Gallieno I I. Augg. Coss. uacauit eo mortuo Romana sedes dies 22.

ANNO CHRISTI CCLVIII.

25 SAnctus Xystus Iunior Philosophi filius Athenienfis Græcus Impp. Cæsaribus Valeriano, & Gallieno Augg. sedit an. 1 M. 11 D. 13.

Creatus V I I I. Cal. Septembris. quum ordinationes duas mense Decembri Episcoporum duorum, Presbyterorum I I I I, & Diaconorum VII. fecisset, occisus est V I I I. idus Augusti, anno Christi 260. & in cœmeterio Calisti sepultus Fuluio Aimiliano, & Pomponio Basso I I. Coss. uacauit sedes dies 15.

ANNO CHRISTI CCLVIII.

26 SAnctus Dionysius Græcus Monachus Impp. Cæsaribus Valeriano Gallieno, Valeriano Iuniore & M. Aurelio Claudio Pijs Felicibus Augustis sedit annos 9. M. 4. D. 5.

Creatus X I. Cal. Septembris. ordinationes duas mense Decembri fecit Episcoporum V I I. Presbyterorum X I I. & Diaconorum V I. occisus V I I. Cal. Ianuarij, Anno 269. & in cœmeterio Calisti sepultus Imp. Cæsare M. Aurelio Claudio P. F. Augusto I I. & Ouinio Paterno I I. Coss. uacauit sedes dies 5.

ANNO CHRISTI CCLXX.

SAnctus Felix Constantij filius Romanus Impp. Cæsaribus Claudio, & Aureliano Augg. sedit Ann. 4. M. 4. D. 30. 27

Creatus Cal. Ianuarij Flauio Antiochiano & Furio Orfito Coss. ordinationes duas mense Decembri fecit Episcoporum V. Presbyterorum IX. & Diaconorum V. occisus iij. Calend. Iunij, anno 274. & uia Aurelia in cœmeterio suo secundo ab urbe lapide sepultus Imp. Cæs. L. Domitio Aureliano Augusto, & C. Iulio Capitolino Coss. uacauit eo mortuo Romana sedes dies 5.

ANNO CHRISTI CCLXXIIII.

SAnctus Eutychianus Maximi filius Lunensis Etruscus Impp. Cæsaribus M. Aurelio Valerio Aureliano, M. Claudio Tacito, M. Aurelio Valerio Probo, & M. Aurelio Caro Pijs Felicibus Augg. sedit annos 9. M. 6. D. 9. 28

Creatus Nonis Iunij, & quum ordinationes V. mense Decembri fecisset, quibus Episcopos IX. Presbyteros XIIII. & Diaconos V. creauit, occisus est Idibus Decembris Anno 283. ac in cœmeterio Calisti sepultus, Caro Augusto II. & M. Aurelio Numeriano Nob. Cæs. Coss. uacauit sedes dies 3.

ANNO CHRISTI CCLXXXIII.

SAnctus Caius Caij filius Salonensis Dalmata, ex genere Imp. Diocletiani Impp. Cæsaribus M. Aurelio Carino; M. Aurelio Numeriano; C. Valerio Diocletiano; & M. Valerio Maximiano Aug. sedit annos 12. menses 4. D. 6. 29

Creatus XVI. Cal. Ianuarij, ordinationibusq; iiij. mense Decembri factis Episcop. V. Presbyterorum XXV. & Diaconorum VIII. occisus est X. Cal. Maij anno 296. & in cœmeterio Calisti sepultus Imp. Cæsare Diocletiano Aug. VI. & Fl. Valerio Constantio Nobiliss. Cæsare II. Coss. uac. sedes dies 15.

ANNO CHRISTI CCXCVI.

SAnctus Marcellinus Proiecti filius Romanus Impp. Cæsaribus Diocle- 30

tiano, & Maximiano Aug. sedit An. 7. M. 11. D. 19.
Creatus VIII. *Idus Maij; quumque ordinationes duas mense Decembri fecisset, Episcoporum* V. *Presbyterorum* IIII. & *Diaconorum* II. *occisus est* VI. *Cal. Aprilis, Anno* 304. *ac uia Salaria in cœmeterio Priscillæ, in loco qui dicitur Cubiculus Clarus in Crypta iuxta corpus sancti Crescentionis sepultus*, Imp. *Cæs. Diocletiano* IX. & *Maximiano* VIII. *Augustis Coss. uacauit sedes Romana menses* 2.

ANNO CHRISTI CCCIIII.

31 SAnctus Marcellus Benedicti filius Romanus de Regione uiæ latæ S. R. E. Presbyter Cardinalis, Impp. Cæsaribus Fl. Valerio Constantio; C. Galerio Valerio Maximiano, & Fl. Valerio Constantino Maximo Pijs Felicibus Augustis sedit annos 4. M. 6. D. 21.
Creatus V. *Cal. Iulij. ordinationes mense Decembri fecit, Episcoporum* XXI. *Presbyterorum* XXVI. & *Diaconorum* XII. *obijt* XVII. *Cal. Februarij anno Christi* 309. & *in cœmeterio Priscillæ uia Salaria sepultus, post consulatum Maximiani Augusti* VII. & *Iouij Diocletiani* X. *uac. sedes dies* 20.

ANNO CHRISTI CCCIX.

32 SAnctus Eusebius Medici filius Græcus Imp. Cæsare C. Valerio Aurelio Constantino Maximo P. Felice Augusto sedit annos 2. M. 7. D. 27.
Creatus VIII. *Idus Februarii. ordinationem unam mense Decembri fecit Episcoporum* XIIII. *Presbyterorum* XIII. & *Diaconorum* III. *occisus* VI. *Nonas Octobris Anno* 311. & *uia Appia in crypta iuxta cœmeterium Calisti sepultus* Impp. *Cæsaribus* C. *Galerio Maximiano* VIII; & C. *Aurelio Ralerio Licinio Augustis Coss. uacauit sedes* D. 7.

ANNO CHRISTI CCCXI.

33 SAnctus Miltiades Afer Imp. Cæsare Constantino Maximo Augusto sedit annos 3 M. 2
Creatus VI. *Idus Octobris. ordinationem unam mense Decembri fecit Episcoporum* XII. *Presbyterorum* VII. & *Diaconorum* VI. *occisus* IIII. *Idus Decembris Anno* 314. & *in cœmeterio Calisti se-*

pultus, C. Ceionio Rufio Volusiano; & Anniano Coss. uacauit Romana sedes dies 17.

ANNO CHRISTI CCCXIIII.

SAnctus Syluester Rufini filius Romanus. S. R. E. Presbyter Cardinalis Imp. Cæs. Constantino Aug. sedit Ann. 21. D. 4. 34

Creatus V. Cal. Decembris. ordinationes VI. mense Decembri fecit Episcoporum LXVI. Presbyterorū XLII. & Diaconorum XXVI. obijt pridie Cal. Ianuarij Anno 335. Sepultus in cœmeterio Priscillæ uia Salaria, tertio ab urbe lapide Fl. Valerio Constantio; & C. Rufio Ceionio Albino Coss. uac. sed. D. 15.

Sub hoc Pontifice Imp. Cæsare Constantino Augusto primo ex Romanis Principibus ad Christi fidem palam conuerso, & baptizato, persecutionum procellæ, quibus per CCC. fere annos Christiana ecclesia, quum in Oriente, tum in Occidente à plerisq; Romanis Imperatoribus uexata fuit, sublatæ sunt: tuncq; maiestas Pontificia Constantino ecclesiæ Romanæ multa, & ingentia dona largiente, aucta maxime est.

ANNO CHRISTI CCCXXV.

SAncta & uniuersalis prima Synodus Nicæna CCCXVIII. patrum Episcoporum contra Arrium Presbyterum Alexandrinæ Ecclesiæ patris filiiq; consubstantialitatem negantem conlecta est mense Aprili; Anicio Fausto Paullino & P. Ceionio Iuliano consulibus.

ANNO CHRISTI CCCXXXVI.

SAnctus Marcus Prisci filius Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis à S. Syluestro factus, Imp. Cæsare Constantino Aug. sedit menses 8. dies 22. 35

Creatus XVII. Cal. Februarij Fl. Popillio Nepotiano & Facundo Coss. ordinationem unam mense Septembri fecit Episcoporum XXVIII. Presbyterorum XXV. & Diaconorum VI. obijt eodem anno pridie Nonas octobris, & in cœmeterio Balbinæ uia Ardeatina sepultus. uacauit sedes dies 20.

ANNO CHRISTI CCCXXXVI.

36 SAnctus Iulius Rustici filius Romanus S. R. E. Diaconus Cardinalis à S. Syluestro Papa factus, Impp. Cæsaribus Constantino, & filijs eius Constantino, & Constantio Iunioribus, Constanteq; Augg. sedit Ann. 14. M. 5. D. 16.

Creatus V. Cal. Nouembris, ordinationes III. Mense Decembri fecit Episcoporum IX. Presbyterorum XVIII. & Diaconorum III. obijt prid. Idus Aprilis anno 351. & in Cœmeterio Callepodij uia Aurelia III. ab urbe lapide sepultus post Consulatum Sergij & Nigriniani. uacauit sedes dies 25.

ANNO CHRISTI CCCLI.

37 SAnctus Liberius Augusti filius Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis à S. Syluestro Papa factus, Impp. Cæsaribus Fl. Iulio Constantio; Fl. Claudio Iuliano; Fl. Iouiano; Fl. Valentiniano, & Fl. Valente Augustis sedit annos 15. M. 4. D. 18.

Et primo pacifice annos 4. menses 3. & dies 4.

Creatus VIII. Idus Maij. Pontificatus ab Imp. Cæsare Constantio Augusto hæretico Arriano exactus, atque in Thraciam relegatus est pridie Idus Augusti anni 355. Mauortio Lolliano; & Arbetione Coss. in eius locum factus est.

Relegatus in Thraciam.

ANNO CHRISTI CCCLV.

2 FElix II. Iunior Anastasii filius Romanus, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis à Papa Iulio factus, Imp. Cæsare Fl. Iulio Constantio Augusto in schismate contra Papam Liberium, sedit annos 10. M. 3. D. 11.

Creatus in schismate, uiuente Liberio pridie Idus Augusti. Pontificatus restituto Liberio exactus XVII. Cal. Decembris anno 357. Imp. Cæs. Constantio Augusto IX. & Iuliano Nobiliss. Cæsare II. Coss. non paruit; nam, dum uixit, Pontificatus insignia in urbe Roma contra Liberium annuente Constantio Imperatore retinuit. ordinationem unam mense Decembri fecit, Episcoporum XIX. Presbyterorum XXI. & Diaconorum V. obijt Anno 365. X. Cal. Decembris; sepultus uia

Aurelia in Basilica sua, Impp. Caess. Valentiniano, & Valente Augustis Consulibus.

ANNO CHRISTI CCCLVII.

SAnctus Liberius ab exilio reuocatus, pulso Felice XVII. Cal. Decembris in urbem reuersus Pontificatum Romanum recepit, illumque in schismate tenuit Ann. 8. M. 10. D. 10.

Ordinationes duas mense Decembri fecit Episcoporum XIX. Presbyterorum XVIII. & Diaconorum V. obijt VIII. Cal. Octobris anni 366. sepultus uia Salaria in cœmeterio Priscillæ, Gratiano Nobilissimo Puero, & Dagalaipho Coss. uacauit sedes D. 7.

SCHISMA SECVNDVM IN ROM. ECCLESIA Inter Liberium Papam, & Felicem Antipapam.

ANNO CHRISTI CCCLXVI.

SAnctus Damasus Antonij filius Egitanensis Lusitanus Hispanus S. 38
R. E. Diaconus Cardinalis à Papa Liberio factus, Impp. Caess. Flauijs Valentiniano; Valente; Gratiano; Valentiniano Iuniore; & Theodosio Augustis sedit Annos 6. M. 2. D. 10.

Creatus in schismate à factione Felicis Antipapæ, & consecratus VI. Nonas Octobris, contra Vrsicinum à parte Liberij Pontificem renunciatum, ordinationes V. mense Decembri fecit Episcoporum LXII. Presbyterorum XXXI. & Diaconorum XI. obijt Romæ III. Idus Decembris. Anno 382. & uia Ardeatina in Basilica sua, quæ nunc dicitur S. Sebastiani iuxta Catacumbas sepultus Fl. Annio Euagrio; & Anthemio Coss. uacauit sedes dies 30.

ANNO CHRISTI CCCLXVI.

SAnctus Vrsicinus Romanus S. R. E. Diaconus Cardinalis, in schis- 3
mate creatus est à factione Papæ Liberij contra Damasum Diaconum ab Antipapæ felicis factione renunciatum, & consecratus à Paulo Episcopo Tiburtino VII. Cal. Octobris die post mortem Papæ Liberij, seditq; Impp. Caess. Valentiniano & Valente Augustis annum 1. M. 1. D. 23.

Qui anno ſequenti 367. X V I I. Cal. Decembris ſponte abdicauit, & factus eſt Epiſcopus Neapolitanus Lupicino & Iouino Conſulibus.

ANNO CHRISTI CCCLXXXI.

2 Syn Côstan, SAncta, & uniuerſalis ſynodus ſecunda Conſtantinopolitana C L. Epiſcoporum contra Macedonium Conſtantinopolitanum, & Eudoxum Antiochenum Patriarchas hæreticos, ſpiritum ſanctum creaturam eſſe dicentes, congregata, Fl. Annio Eucherio, & Poſtumo Syagrio Coſſ. in qua pulſo Epiſcopatu pertinax Macedonius Nectarius in eius locum eſt creatus.

ANNO CHRISTI CCCLXXXIII.

39 SAnctus Siricius Tiburtij filius Romanus S. R. E. Diaconus Cardinalis, Impp. Cæſſ. Flauijs Gratiano; Valentiniano iuniore; Theodoſio, Arcadio, & Honorio Auguſtis ſedit Annos 15. M. 1. D. 11.

Creatus prid. Idus Ianuarij, ordinationes V. menſe Decembri fecit Epiſcoporum X X X I I. Presbyterorum X X X I. & Diaconorum X V I. obijt V I I I. Cal. Martij, Anno 398. ſepultus uia Salaria in cœmeterio Priſcillæ, Imp. Cæſ. Honorio Auguſto I I I I. & Fl. Eutychiano Coſſ. uac. ſedes dies 20.

ANNO CHRISTI CCCXCVIII.

40 SAnctus Anaſtaſius Maximi filius Romanus S. R. E. Presbyter Cardinalis, Impp. Cæſſ. Flauijs Arcadio, & Honorio Auguſtis ſedit Annos 4. M. 1. D. 13.

Creatus Idibus Martij ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum X. Presbyterorum I X. & Diaconorum V. obijt V. Cal. Maij, Anno 402. ſepultus in cœmeterio ſuo intra urbem prope uicum Vrſi Pileati iuxta locum, ubi nunc eſt eccleſia S. Vibianæ in Vrbe Impp. Cæſſ. Arcadio, & Honorio Auguſtis utriſq; V. Conſulibus, uacauit ſe. D. 21.

ANNO CHRISTI CCCCII.

41 SAnctus Innocentius Innocentij filius Albanus S. R. E. Diaconus Cardinalis, Impp. Cæſſ. Arcadio, Honorio, & Theodoſio Iuniore Auguſtis,

gustis, sedit annos 15. M. 2. D. 10.

Creatus XIIII. *Cal. Iunij. ordinationes iiij. mense* Decembri *fecit* Episcoporum LIIII. *Presbyterorum* XXX. & Diaconorum XII. *obijt* V. *Cal. Augusti anni* 417. & *in cœmeterio ad Vrsum pileatum sepultus*; Imp. *Cæsare* Fl. Honorio Aug. XI. & Fl. *Constantio* V. C. *iterum* Coss. *uacauit sedes dies* 22.

ANNO CHRISTI CCCCXVII.

SAnctus Zosimus Habrahami *filius Græcus* S. R. E. *Presbyter* Cardinalis Impp. *Cæsaribus* Honorio, & Theodosio *Iuniore Augustis sedit* 42
annos 2. M. 4. D. 7.

Creatus XIII. *Cal. Septembris, ordinationem* I. *mense* Decembri *fecit* Episcoporum VIII. *Presbyterorum* X. & Diaconorum III. *obijt* VIII. *Cal.* Ianuarij, *sepultus uia* Tiburtina *in Basilica* S. Laurentij *extra muros urbis iuxta cryptam prope corpus eius, in agro* Verranio *anno* 420. Imp. *Cæs.* Fl. Theodosio *iuniore* Aug. IX. & Fl. Constantio Nobiliss. *Cæs.* III. Coss. *uacauit sedes dies* 2.

ANNO CHRISTI CCCCXX.

SAnctus Bonifacius Iucundi *Presbyteri filius* Romanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis Impp. *Cæss.* Honorio, & Theodosio Iuniore *Augustis* 43
sedit annos 3. M. 9. D. 28.

Creatus in schismate V. *Cal.* Ianuarij, *ordinationem unam mense* Decembri *fecit* Episcoporum XXXVI. *Presbyterorum* XIII. *Diaconorum* III. *obijt* VIII. *Cal.* Nouembris, *anno* 423. *sepultus uia Salaria in Basilica* S. Felicitatis *martyris iuxta corpus eius*, Rufio *Prætextato* Mariniano, & M. Aurelio *Asclepiodoto* VV. CC. *Coss. uacauit sedes dies* 9.

ANNO CHRISTI CCCCXX.

EVlalius Romanus, S. R. E. *Archidiaconus Cardinalis in schismate* 4
contra Bonifacium *Papam creatus, sedit menses* 3. *dies* 15.

Creatus V. *Cal.* Ianuarij *coactus abdicauit anno sequenti* 421. III. Idus Aprilis, & *factus est Episcopus in Campania* Eustachio, & *Agricola* Coss.

ANNO CHRISTI CCCCXX.

SCHISMA III. IN ROMANA ECCLESIA.

ANNO CHRISTI CCCCXXIII.

44 *Sanctus Cœlestinus Prisci filius Romanus, Impp. Cæs. Flauijs Honorio, Theodosio Iuniore, & Placidio Valentiniano III. Augustis, sedit annos 8. M. 5. D. 3.*

Creatus prid. Nonas Nouembris, ordinationes III. mense Decembri fecit Episcoporum XLII. Presbyterorum XXXII. & Diaconorū XII. obijt VIII. Idus Aprilis anno 432. sepultus uia Salaria in cœmeterio Priscillæ Aëtio, & Valerio V V. C C. Coss. uac. sedes dies 21.

ANNO CHRISTI CCCCXXX.

3. Syn. Eph. *Sancta, & uniuersalis synodus tertia Ephesina CC. Episcoporum contra Nestorium hæreticum Constantinopolitanum Patriarcham, diuinam in Christo naturam negantem, congregata, Impp. Cæsaribus Theodosio Aug. Iuniore XIII. & Fl. Placidio Valentiniano Augusto III. Consulibus.*

ANNO CHRISTI CCCCXXXII.

45 *Sanctus Xystus III. Xysti filius Romanus, Impp. Cæss. Theodosio Iuniore & Plac. Valentiniano Augg. sedit annos 7. M. 11.*

Creatus V. Cal. Maij, ordinationes III. mense Decembri fecit Episcoporum LII. Presbyterorum XXVIII. & Diaconorum XII. obijt V. Cal. Aprilis, anno 440. sepultus uia Tiburtina ad S. Laurentium extra muros in crypta iuxta corpus eius, Imp. Cæs. Placidio Valentiniano Aug. V. & Anatholio V. C. Coss. uacauit sedes M. 1. D. 12.

ANNO CRHISTI CCCCXL.

46 *Sanctus Leo magnus Quintiani filius Romanus, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis Impp. Cæss. Theodosio Iuniore, Placidio Valentiniano, Fl. Martiano; & Fl. Leone Augustis, sedit ann. 20. M. 11. D. 2.*

Creatus VI. Idus Maij, ordinationes IIII. mense Decembri fecit Episcoporum CLXXXVI. Presbyterorum LXXXI. & Diaconorum XXXI. obijt III. Idus Aprilis Anno 461. & primum omnium Pontificum Romanorum sepultus est in Basilica S. Petri Apostoli in Vaticano Seuerino & Dagalaipho Coss. uacauit sedes dies 7.

ANNO CHRISTI CCCCLI.

SAncta, & uniuersalis synodus IIII. Chalcedonensis Episcoporum DCXXX. contra Dioscorum Alexandrinum Patriarcham, & Eutychem Abbatem Constantinopolitanum hæreticos corpus Christi phantasticum fuisse dicentes conlecta Imp. Cæs. Fl. Martiano Aug. & Clodio Adelphio V. C. Coss. + Syn. Chal.

ANNO CHRISTI CCCCLXI.

SAnctus Hilarus Crispini filius Sardus Imp. Cæs. Flauio Leone Augusto sedit annos 6. M. 3. D. 9. 47
Creatus XIII. Cal. Maij, ordinationes duas mense Decembri fecit Episcoporum XXII. Presbyterorum XXV. & Diaconorum V. obijt VI. Cal. Augusti anno 467. sepultus in Basilica S. Laurentij extra muros in crypta, iuxta corpus Papæ Xysti III. Ioanne, & Buseo V V. C C. Coss. uacauit eo mortuo sedes dies 10.

ANNO CHRISTI CCCCLXVII.

SAnctus Simplicius Castini filius Tiburtinus Impp. Cæss. Leone Seniore, Leone Iuniore; & Fl. Zenone Isaurico Augustis sedit annos 14. menses 6. D. 24. 48
Creatus VII. Idus Augusti, ordinationes III. mense Decembri fecit Episcoporum LXXXVI. Presbyterorum LVIII. & Diaconorum XI. obijt VI. Nonas Martij anno 482. sepultus ad S. Petrum Apostolum; Seuerino & Trocondo V V. C C. Coss. uac. sedes dies 6.

ANNO CHRISTI CCCCLXXXII.

SAnctus Felix II. iunior, dictus III. Felicis Presbyteri Cardinalis de titulo Fasciolæ filius Impp. Cæss. Flauijs Zenone Isaurico, & Anasta- 49

sio Augg. sedit annos 11. M. 11. D. 13.

Creatus VII. *Idus Martij, ordinationes duas mense Decembri fecit* Epi*scoporum* XXX. *Presbyterorum* XXIX. *&* Diaconorum V. *obijt* IX. *Cal. Martij, sepultus in Basilica* S. *Pauli uia* Ostiensi, *Anno Christi* 494. *Turcio secundo Asterio, & Præsidio* VV. CC. *Coss. uacauit eo mortuo Romana sedes dies* 5.

ANNO CHRISTI CCCCXCIIII.

50 SAnctus Gelasius *Valerii Episcopi Hipponensis filius Afer* Imp. *Cæs. Fl. Anastasio Augusto sedit annos* 2. M. 8. D. 26.

Creatus III. *Cal. Martii, ordinationes duas mensibus* Ianuario, *&* Decembri *fecit, Episcoporum* LXVII. *Presbyterorum* XXXII. *&* Diaconorum II. *obiit* XI. *Calendas Decembris* Anno 496. *sepultus in Basilica* S. *Petri Apostoli, post consulatum Viatoris* V. C. *sene conlega. uacauit sedes dies* 7.

ANNO CHRISTI CCCCXCVI.

51 ANastasius II. *iunior Petri filius Romanus de regione Esquilina, Imp. Cæs. Anastasio Aug. sedit an.* 1. M. 11. D. 22.

Creatus III. *Calendas Decembris, ordinationem unam mense Decembri fecit Episcoporum* XVI. *Presbyterorum* XII. *&* Diaconorum ::: *obijt* XIII. *Calendas Decembris, Anno* 498. *sepultus ad* S. Petrum. *Decio Paullino, & Ioanne Scytha* VV. CC. *Coss. uacauit sedes Romana dies* 4.

ANNO CHRISTI CCCCXCVIII.

52 SAnctus *Cœlius Symmachus Fortunati filius Sardus* Imp. *Cæs. Fl. Anastasio Augusto sedit annos* 15. M. 7. D. 26.

Creatus VIII. *Calendas Decembris, fecit ordinationes* IIII. *mense Decembri Episcoporum* CXVII. *Presbyterorum* XCII. *&* Diaconorum XVI. *obijt* XIIII. *Cal. Augusti anno* 514. *sepultus ad* S. Petrum M. *Aurelio Casiodoro* V. C. *sene conlega Coss. uacauit sedes dies* 7.

ANNO CHRISTI CCCCXCVIII.

LAurentius Romanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis in schismate contra Papam Symmachum electus, Imp. Cæsare Fl. Anastasio Augusto sedit ann. 1. M. 11. D. 11. 5

Creatus XIIII. Cal. Augusti; & anno sequenti quum pontificatu coactus abdicasset, factus est Episcopus Nucerinus Asclepio, & Ioanne Gibbo V V. C C. Coss.

ANNO CHRISTI CCCCXCVIII.

SCHISMA IIII. IN ROMANA ECCLESIA.

ANNO CHRISTI DXIIII.

SAnctus Hormisda Iusti filius Frusinonius Campanus Impp. Cæsaribus Flauijs Anastasio, & Iustino Augg. sedit annos 9. D. 11. 53

Creatus VI. Cal. Augusti, ordinationem unam mense Decembri fecit Episcoporũ LV. Presbyterorum XXI. & Diaconorum obijt VIII. Idus Augusti anno 523. sepultus ad S. Petrum. Anicio Maximo V. C. sene conlega Cos. uacauit sedes dies 6.

ANNO CHRISTI DXXIII.

SAnctus Ioannes Constantij filius Tuscus S. R. E. Presbyter Cardinalis, SS. Ioannis & Pauli, tt. Pammachij Imp. Cæs. Fl. Anicio Iustino Aug. sedit annos 2. M. 9. D. 15. 54

Creatus Idibus Augustis, ordinationes aliquot fecit Episcoporum XV. obijt Rauennæ in carcere, VI. Cal. Iunij. Romam eius cadauer translatum est, atque ad S. Petrum sepultum anno 526. Olybrio Iuniore V. C. sene conlega Cos. uacauit sedes M. 1. D. 28.

ANNO CHRISTI DXXVI.

SAnctus Felix III. dictus IIII. Castorij filius Samnis, S. R. E. Presbyter Cardinalis S. Syluestri tt. Equitij, Impp. Cæss. Iustino, & Iustiniano Augg. sedit annos 4. M. 2. D. 18. 55

Creatus VIII. *Cal. Augusti, ordinationes duas mensibus Februario, & Martio fecit Episcoporum* XXIX. *Presbyterorum* LV. *& Diaconorum* VI. *obijt* IIII. *Idus Octobris, Anno 530. sepultus ad S. Petrum, Postumo Lampadio, & Oreste* VV. CC. *Coss. uac. sedes dies 5.*

ANNO CHRISTI DXXX.

56 BOnifacius Iunior II. *Sigenultes filius Romanus* S. R. E. *Presbyter Cardinalis tt.* S. *Cæciliæ, Imp. Cæs. Fl. Anicio Iustiniano* P. F. *Augusto sedit annos* 1. D. 2.

Creatus XVII. *Cal. Nouembris, ordinationeq; una tantum facta, anno* 531. *obijt* XVI. *Cal. Nouembris, atque ad S. Petrum sepultus; post consulatum Lampadij, & Orestis* VV. CC. *uacauit sedes menses* 3. D. 5.

ANNO CHRISTI DXXX.

6 DIoscorus *Romanus* S. R. E. *Presbyter Cardinalis in schismate contra Bonifacium Papam electus sedit dies* 27.

Creatus XVII. *Cal. Nouembris; obijt eodem anno pridie Idus Nouembris; sepultusq; ad S. Petrum.*

ANNO CHRISTI DXXX.

SCHISMA V. IN ROMANA ECCLESIA.

ANNO CHRISTI DXXXII.

57 IOannes II. *Iunior cognomento Mercurius Proiecti filius Romanus de Regione Cœlimontium.* S. R. E. *Presbyter Cardinalis, tt.* S. *Clementis Imp. Cæsare Fl. Iustiniano Augusto sedit annos* 2. M. 4. D. 6.

Creatus XI. *Cal. Februarij, ordinationem unam mense Decembri fecit Episcoporum* XXI. *Presbyterorum* XV. *& Diaconorum* : : : *obijt* VI. *Cal. Iunij Anno 534. sepultus ad S. Petrum; Imp. Cæs. Iustiniano Aug.* IIII. *& Decio Theodoro Paullino* V. C. *Coss. uac. sed.* D. 6.

ANNO CHRISTI DXXXIIII.

58 SAnctus *Agapetus Gordiani Presbyteri Cardinalis* SS. *Ioannis & Pau-*

li tt. Pammachii Filius, Romanus, S. R. E. Archidiaconus Imp. Cæs. Iustiniano Aug. sedit M. 11 D. 19.

Creatus III. Nonas Iunii fecit ordinationem unam Episcoporum XI. & Diaconorum IIII. obiit Constantinopoli in legatione ad Imperatorem pro Rege Gotthorum XII. Cal. Iunii Anno 535. Fl. Belisario V. C. sene conlega Cos. cadauer Romam translatum ad S. Petrum sepultum est. uacauit sedes menses 6. D. 24.

ANNO CHRISTI DXXXV.

Sanctus Syluerius Hormisdæ Papæ filius Frusinonius Campanus S. R. E. Subdiaconus regionarius; Imp. Cæsare Fl. Iustiniano Augusto, sedit annum 1. M. 5. D. 11. 59

Creatus XVII. Cal. Ianuarii. quumq; ordinationem unam mense Decembri fecisset Episcoporum XVIII. Presbyterorum XIII. & Diaconorum XV. Anno 537. VI. Cal. Iunii. ITERVM, post Consulatum Fl. Belisarii. V. C. Pontificatu exactus est; Cersonamq; in Ponto relegatus, ubi anno sequenti 538. XII. Cal. Iunii mortuus est, ibiq; sepultus, Ioanne V. C. sene conlega Consule. eo autem in exilium acto uacauit sedes dies 6.

ANNO CHRISTI DXXXVII.

Vigilius Ioannis Consularis uiri filius Romanus, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis Imp. Cæsare Fl. Anicio Iustiniano Augusto sedit annos 17. M. 6. D. 26. 60

Creatus in schismate uiuente Syluerio Papa, III. Nonas Iunij. ordinationes duas mense Decembri in urbe fecit, Episcoporum LXXXI. Presbyterorum XLVI. & Diaconorum XVI. obijt Syracusis in Sicilia post multas passas calamitates V. Cal. Ianuarij, Anno 554. XIII. post consulatum Fl. Basilii Iunioris, V. C. cadauer Romam relatum uia Salaria sepultum est in Basilica S. Marcelli, eo mortuo uacauit sedes M. 3. D. 5.

ANNO CHRISTI DXXXVII.

SCHISMA VI. IN ROMANA ECCLESIA.

ANNO CHRISTI DLIII.

SAncta, & uniuersalis synodus V. Constantinopolitana secunda CLXV. Episcoporum, contra Anthimum Cōstantinopolitanum Patriarcham, Theodorum, Seuerum, Petrum & Zoram Episcopos hæreticos, Origenianistas cōgregata anno XII. post Consulatū Fl. Basilii Iunioris V.C.

ANNO CHRISTI DLV.

61 SAnctus Pelagius Ioannis Vicariani filius Romanus, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis, Impp. Cæss. Iustiniano, & Iustino Iuniore Augustis sedit an. 10. M. 10. D. 28.

Creatus III. Nonas Aprilis XIIII. post consulatum Fl. Basilij Iunioris V.C. ordinationes duas mense Decembri fecit Episcoporum XLIX. Presbyterorum XXVI. & Diaconorum IX. obijt VI. Nonas Martij anno 566. sepultusq; ad S. Petrum XXV. post Cos. Basilij Iuniorij V. C. uacauit Romana sedes menses 3. D. 26.

ANNO CHRISTI DLXVI.

62 SAnctus Ioannes III. Anastasii filius Romanus Imp. Cæs. Fl. Anicio Iustino Iuniore Augusto sedit annos 10. D. 15.

Creatus III. Cal. Iulij, ordinationes duas mense Decembri fecit Episcoporum LXI. Presbyterorum XXIX. & Diaconorum XIII. obijt III. Cal. Iulij, anno 576. IX. P. C. Imp. Cæs. F. Iustini Iunioris Aug. sepultusq; ad sanctum Petrum, uacauit sedes M. 10. D. 3.

ANNO CHRISTI DLXXVII.

63 SAnctus Benedictus Bonifacij filius Romanus, Imp. Cæs. Tiberio Anicio Constantino Augusto sedit annos 3. M. 2. D. 15.

Creatus XVI. Cal. Iunij X. P. C. Imp. Cæs. Iustini Augusti, ordinationem unam mense Decembri fecit Episcoporum XXI. Presbyterorum XV. & Diaconorum III. obijt prid. Cal. Augusti, anno 580. Imp. Cæs. Ti. Anicio Constantino Aug. sene conlega Cos. sepultusq; in secretario beati Petri Apostoli, uacauit sedes menses 4.

ANNO

ANNO CHRISTI DLXXX.

SAnctus Pelagius Iunior II. Vinigildi filius Romanus, Impp. Caess. Tiberio, Constantino, & Tiberio Flauio Mauritio Augustis sedit annos 9.M.2.D.10. 64

Creatus prid. Cal. Decembris, ordinationes duas mense Decembri fecit, Episcoporum XLVIII. Presbyterorum XXVIII. & Diaconorum VIII. obijt VI. Idus Februarij anno 590. sepultus ad S. Petrũ VI. P.C. Tiberii Flauii Mauritii Augusti. uac. sedes M.6.D.25.

ANNO CHRISTI DXC.

SAnctus Gregorius Magnus ecclesiæ Doctor Gordiani senatoris filius Felicis Papæ II. pronepos, Romanus, monachus & S. R. E. Archidiaconus Cardinalis Impp. Caess. Flauiis Mauritio, & Foca Augustis, sedit annos 13.M.6.D.8. 65

Creatus III. Nonas Septembris, fecit ordinationes duas, unam in Quadragesima, aliam mense Decembri Episcoporum LXII. Presbyterorum XXXIX. & Diaconorum V. obijt IIII. Idus Martii anno 604. sepultus ad S. Petrum ante secretarium Imp. Cæsare Fl. Foca Augusto sene conlega Consule, indictione VII. uacauit sedes M.5.D.19.

ANNO CHRISTI DCIIII.

SAbinianus Boni filius Bleranus Tuscus, S. R. E. Diaconus Cardinalis, Imp. Cæs. Foca Aug. sedit ann. 1.M.5.D.9. 66

Creatus Cal. Septembris, quumq; ordinationem unam Episcoporum XXVI. fecisset V. Idus Februarii anno 606. mortuus est, & sepultus ad S. Petrum ITERVM. P.C. Fl. Focæ Augusti. uac. sedes menses 11.D.26.

ANNO CHRISTI DCVII.

SAnctus Bonifacius III. Ioannis filius Romanus, Imp. Cæs. Fl. Foca Augusto, sedit annum 1.M.2.D.28. 67

Creatus Nonis Februarii III. P.C. Focæ Augusti. obijt VI. Nonas Maij, anno 608. sepultus ad S. Petrum IIII. P.C. Focæ Augusti.

uacauit sedes M. 1. D. 6.

Hic pontifex ab Imp. Cæsare Fl. Foca Augusto obtinuit, ut ecclesia Romana, quæ iure caput est omnium ecclesiarum, ita & diceretur, & haberetur ab omnibus, quum eum locum sibi ecclesia Constantinopolitana sub Imp. Mauritio per uim uendicare conata esset.

ANNO CHRISTI DCVIII.

68 SAnctus Bonifacius IIII. Ioannis Medici filius Valeriensis Marsus, Impp. Cæss. Foca, & Heraclio Augg. sedit ann. 6. M. 8. D. 13. Creatus V. Idus Iunii, ordinationes duas mense Decembri fecit Episcoporum XXXVI.. Presbyterorum & Diaconorum IX. obijt IX. Cal. Martii, anno 615. IIII. P. C. Imp. Cæs. Heraclii Aug. sepultusq; ad S. Petrum. uacauit sedes menses 7. D. 25.

ANNO CHRISTI DCXV.

69 SAnctus Deusdedit Stephani Subdiaconi filius Romanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli, & Pammachii à S. Gregorio Papa factus; Imp. Cæsare Fl. Heraclio Augusto sedit annos 3. D. 23. Creatus XVI. Cal. Nouembris ordinationes III. fecit Episcoporum XXIX. Presbyterorum XIIII. & Diaconorum V. obiit VI. Idus Nouembris anno 618. & ad S. Petrum sepultus VII. P. C. Imp. Cæs. Fl. Heraclii Augusti. uacauit sedes mensem 1. D. 19.

ANNO CHRISTI DCXVIII.

70 SAnctus Bonifacius V. Neapolitanus Ioannis filius, Imp. Cæs. Fl. Heraclio Augusto, sedit annos 5. M. 9. D. 19. Creatus VIII. Cal. Ianuarii ordinationes duas mense Decembri fecit Episcoporum XXIX. Presbyterorum XXVI. & Diaconorum IIII. obijt IIII. Idus Octobris anno 622. sepultus ad S. Petrum XI. P. C. Imp. Cæs. Heraclii Aug. uacauit sedes dies 13.

ANNO CHRISTI DCXXII.

71 HOnorius Petronii uiri Consularis filius Campanus, Imp. Cæs. Heraclio Augusto, sedit annos 12. M. 11. D. 17.

Creatus VII. Cal. Nouembris ordinationes III. mense Decembri fecit Episcoporum LXXXI. Presbyterorum XIII. & Diaconorum XI. obiit IIII. Idus Octobris, anno 635. sepultus ad S. Petrum XXIIII. P. C. Imp. Caes. Fl. Heraclij Aug. uacauit sedes M.9.D.1.

ANNO CHRISTI DCXXXV.

Seuerinus Labieni filius Romanus, Imp. Caes. Heraclio Augusto, sedit annos 2.D.4. 72

Creatus III. Cal. Augusti, ordinationem unam Episcoporum IX. obiit IIII. Nonas Augusti anno 638. sepultus ad S. Petrum XXVII. P. Cos. Imp. Caes. Fl. Heraclii Aug. uacauit sedes M.4.D. 21.

ANNO CHRISTI DCXXXVIII.

Ioannes IIII. Venantii scholastici filius Salonensis Dalmata, S. R. E. Diaconus Cardinalis Imp. Caes. Heraclio Augusto sedit annum 1. M. 9. Dies 19. 73

Creatus IX. Cal. Ianuarij ordinationes duas mense Decembri fecit, Episcoporum XVIII. Presbyterorum XIX. & Diaconorum V. obijt IIII. Idus Octobris anno 640. sepultus ad S. Petrum XXIX. P. Cos. Imp. Heraclii Aug. uacauit sedes mensem 1.D. 14.

ANNO CHRISTI DCXL.

Sanctus Theodorus Theodori Episcopi filius Hierosolymites Graecus Impp. Caess. Flauiis Heraclio, Constantino, Heracleona, & Constante Augustis, sedit ann. 6. M.5.D. 18. 74

Creatus V. Cal. Decembris ordinationem unam mense Decembri fecit Episcoporum XLVI. Presbyterorum XXI. & Diaconorum IIII. obijt pridie Idus Maij anno 647. sepultus ad S. Petrum V. post Cos. Imp. Caes. Fl. Constantis Augusti. uacauit sedes M.4.D.4.

ANNO CHRISTI DCXLVII.

Sanctus Martinus Fabricii filius Tudertinus Tuscus Imp. Caes. Fl. Heraclio Constante Aug. sedit annos 6. M. 1. D. 26. 75

Creatus XIIII. Cal. Octobris ordinationes duas mense Decembri fecit

cauit sedes M. 2. D. 25.

ANNO CHRISTI DCLXXIX.

AGatho Pannonij filius Siculus, Monachus. S. R. E. Presbyt. Card. Imp. Constantino Aug. sedit ann. 2. M. 6. D. 4. 80
Creatus Nonis Iulij, ordinationem unam fecit Episcoporum XVIII. Presbyterorum X. & Diaconorum V. obiit IIII. Idus Ianuarij, anno 682. P. C. Imp. Cæs. Constantini Augusti anno XV. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes Romana menses 7. D. 1.

ANNO CHRISTI DCLXXXI, ET DCLXXXII.

SAncta, & uniuersalis synodus VI. Constantinopolitana tertia CCLXXXIX. Episcoporum, contra Paulum, Macarium, Theodorum, Cyrum, Sergium, & Pyrrhum Episcopos hæreticos Monothelitas, congregata XIIII. & XV. P. C. Constantini Augusti.

ANNO CHRISTI DCLXXXII.

SAnctus Leo iunior II. Pauli filius Siculus, S. R. E. Presbyter Card. Imp. Cæs. Constantino Aug. sedit M. 10. D. 17. 81
Creatus prid. Idus Augusti fecit ordinationem unam mense Iunio Episcoporum XXIII. Presbyterorum XLIII. & Diaconorum III. obijt IIII. Cal. Iulij anno 683. sepultus ad S. Petrum XVI. P. C. Imp. Constantini Aug. Indictione XI. uacauit sedes menses 11. D. 22.

ANNO CHRISTI DCLXXXIIII.

SAnctus Benedictus Iunior II. Ioannis filius Romanus, Imp. Cæs. Fl. Constantino Augusto, sedit menses 10. D. 27. 82
Creatus XIII. Cal. Iulij, ordinationem unam fecit Episcoporum XXII. obijt Idibus Maij anno 685. XVIII. P. C. Constantini Aug. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes M. 2. D. 9.

ANNO CHRISTI DCLXXXV.

IOannes V. Cyriaci filius Antiochenus Syrus, S. R. E. Cardinalis Archi- 83

diaconus Impp. Cæss. Flauijs Constantino, & Iustiniano Iuniore Augg. sedit annum 1. D. 9.

Creatus VIII. *Cal. Augusti; consecratus* III. *Cal. Aug. ordinationem unam Episcoporum* XIII. *fecit. obijt* IIII. *Nonas Augusti anno* 686. *sepultus ad S. Petrum. P. C. Imp. Cæs. Fl. Iustiniani Aug. uacauit sedes M. 2. D. 16.*

ANNO CHRISTI DCLXXXVI.

7 PEtrus *Romanus S. R. E. Archipresbyter Cardinalis in schismate contra Theodorum Presbyterum Cardinalem, Papa creatus, sedit dies aliquos.*

ANNO CHRISTI DCLXXXVI.

8 THeodorus *Romanus. S. R. E. Presbyter Cardinalis in schismate contra Petrum Archipresbyterum creatus, non longe post cum ipso Petro Pontificatu exactus est, atque in utriusq; locum tertius suffectus.*

ANNO CHRISTI DCLXXXVI.

84 CVno *Thrax S. R. E. Presbyter Cardinalis, qui Imp. Cæs. Fl. Iustiniano Iuniore Augusto, sedit menses 11. D. 3.*

Creatus XIIII. *Cal. Nouembris; consecratus* V. *Cal. Nouembr. ordinationem* I. *Episcoporum* XVI. *fecit. obijt* XI. *Cal. Octobris anno* 687. *sepultus ad S. Petrum* II. *P. C. Iustiniani Aug. uacauit sedes menses 2. D. 25.*

ANNO CHRISTI DCLXXXVI.

SCHISMA VII. IN ROMANA ECCLESIA.

ANNO CHRISTI DCLXXXVII.

9 THeodorus *Romanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis in schismate contra Paschalem S. R. E. Cardinalem Archidiaconum creatus, sedit dies aliquot.*

ANNO CHRISTI DCLXXXVII.

PAschalis Ramanus S. R. E. Archidiaconus, in schismate contra Theodorum Presbyterum creatus Papa, non longe post cum ipso Theodoro Pontificatu pulsus est, atque in utriusque locum tertius suffectus. 10

ANNO CHRISTI DCLXXXVII.

SErgius Tiberij filius Antiochenus Syrus, Panhormi in Sicilia ortus S. 85
R. E. Presbyter Card. tt. S. Susannæ ad duas domos à Cunone Papa factus, qui Impp. Cæss. Iustiniano, Leontio, & Tiberio Habsimaro Aug. sedit annos 13. M. 8. D. 23.

Creatus XVI. Cal. Ianuarij, consecratus die Natali Christi, ordinationes duas mense Martio fecit Episcoporum XVI. Presbyterorum XVIII. & Diaconorum IIII. obijt VI. Idus Septembris anno 701. indictio. XIIII. sepultus ad S. Petrum P. C. Imp. Cæs. Fl. Tiberij Habsimari Augusti. uacauit sedes mensem 1. D. 25.

ANNO CHRISTI DCLXXXVII.

SCHISMA VIII. IN ROMANA ECCLESIA.

ANNO CHRISTI DCCI.

IOannes VI. Græcus, Imp. Cæsare Fl. Tiberio Habsimaro Augusto, sedit annos 3. M. 2. D. 13.

Creatus Cal. Nouembris, consecratus VIII. Idus Nouembris, ordinatio- 86
nem unam fecit Episcoporum XV. Presbyterorum IX. & Diaconorum II. obijt Idibus Ianuarij anno 705. indict. III. sepultus ad S. Petrum, V. P. C. Fl. Tiberij Habsimari Aug. uac. sedes mens. 1. D. 18.

ANNO CHRISTI DCCV.

IOannes VII. Platonis filius Græcus Impp. Cæss. Ti. Habsimaro, & Fl. Iustiniano iuniore Augg. sedit annos 2. M. 7. D. 17.

Creatus, & consecratus Cal. Martij, ordinationem unam Episcoporum 87
XVIII. Presbyterorum X. & Diaconorum II. fecit. obijt XV. Cal.

tres mense Decembri fecit Episcoporum LXXX. *Presbyterorum* XX IIII. *& Diaconorum* III. *obijt* IIII. *Caldendas Decembris, anno* 741. *Indictione* X. *sepultus ad S. Petrum.* P. C. *Imp. Cæs.Fl. Leonis Isauri Augusti anno* XXIIII. *uacauit sedes dies* 8.

ANNO CHRISTI DCCXLI.

ZAcharias *Polychronij filius Græcus S. R. E. Presbyt. Card. Imp.* 92
Fl. Constantino Copronymo Augusto sedit annos 10. M. 3. D. 9. *Creatus* VII. *Idus Decembris; consecratus* IIII. *Idus Decembris ordinationes* III. *mense Martio fecit Episcoporum* LXXXV. *Presbyterorum* XXX. *& Diaconorum* V. *obijt Idibus Martii anno* 752. *indictione* V. *sepultus ad S. Petrum* P. C. *Imp. Cæs. Fl. Constantini Aug. anno* X. *uac. sedes* D. 9.

ANNO CHRISTI DCCLII.

STephanus II. *iunior Romanus* S. R. E. *Presbyter Cardinalis Imp.* 93
Constantino Augusto sedit dies 3. *Creatus* VIII. *Cal. Aprilis. obijt morte repentina* V. *Cal. Aprilis sepultusq; ad S. Petrum. eo mortuo non uacauit sedes.*

ANNO CHRISTI DCCLII.

STephanus III. *dictus* II. *iunior Constantini filius Romanus* S. R. E. 94
Diaconus Cardinalis à Zacharia Papa factus, Impp. Cæss. Flauijs Constantino Copronymo, & Leone eius filio Augustis. sedit annos 5. D. 29. *Creatus* IIII. *Cal. Aprilis, consecratus* III. *Nonas Aprilis ordinationem unam mense Martio fecit Episcoporum* XV. *Presbyterorum* II. *& Diaconorum* II. *obijt* VI. *Cal. Maij, anno* 757. *Indict.* X. *sepultus ad S. Petrum* XV. P. C. *Fl. Constantini Aug. uac. sedes* D. 32.

ANNO CHRISTI DCCLVII.

PAulus *Constantini filius Romanus, Stephani Papæ iunioris frater* 95
S. R. E. *Diaconus Cardinalis à Zacharia Papa factus, Impp. Cæss. Constantino, & Leone eius filio Augg. sedit annos* 10. M. 1. *Creatus, & consecratus* VIII. *Calendas Iunij, ordinationem unam mense*

Decembri fecit Episcoporum III. Presbyterorum XII. & Diaconorum II. obijt in monasterio S. Pauli uia ostiensi IIII. Cal. Iulij, anno 767. Indictione XV. sepultus ad S. Petrum XXV. P. C. Constantini Copronymi Aug. uac. sedes ann. 1. M. 1. D. 8.

ANNO CHRISTI DCCLVII.

11 *Theophylactus Romanus S. R. E. Cardinalis Archidiaconus in schismate contra Paulum Papam creatus sedit dies aliquot.*

Coactus Pontificatu abdicauit.

ANNO CHRISTI DCCLVII.

SCHISMA IX. IN ROMANA ECCLESIA.

ANNO CHRISTI DCCLXVII.

12 *Constantinus II. iunior Nepesinus, Ducis Nepesini filius, ex laico, contra canones à laicis armata manu præter Cardinalium uoluntatem, per uim Pontifex creatus, sedit annum 1. M. 1. D. 11.*

Creatus die Dominico, in quo mortuus est Papa Paulus IIII. Cal. Iulij, & die sequenti consecratus.

Coactus abdicauit anno sequenti 768. VII. Idus Augusti, & in monasterio relegatus, monachus est factus.

ANNO CHRISTI DCCLXVII.

13 *Philippus Romanus monachus, & Abbas monasterij S. Viti S. R. E. Presbyter Cardinalis in schismate contra Constantinum à quibusdam clericis, & laicis factus Papa, sedit annum 1. D. 24.*

Creatus, & consecratus IIII. Idus Iulij. atque anno sequenti 768. coactus à Christophoro Primicerio Pontificatu abdicauit pridie Nonas Augusti, ac ad monasterium suum reuersus est.

ANNO CHRISTI DCCLXVII.

SCHISMA X. IN ECCLESIA ROMANA

ANNO CHRISTI DCCLXVIII.

STephanus IIII. dictus III. Olybrij filius Siculus monachus S. R. E. 96
Presbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ à Paulo Papa factus. Impp. Cæss. Flauijs Constantino, & Leone Augg. sedit ann. 3. M. 5. D. 17.
Creatus Nonis Augusti, consecratus VII. Idus Augusti, ordinationem unam mense Decembri fecit Episcoporum Presbyterorum V. & Diaconorum IIII. obijt pridie Cal. Februarij anno 772. Indict. X. sepultus ad S. Petrum III. P. C. Imp. Cæs. Fl. Leonis Augusti quarti. uacauit sedes D. 9.

ANNO CHRISTI DCCLXXII.

HAdrianus Theodori filius Romanus de regione uia lata, S. R. E. 97
Diaconus Cardinalis, Impp. Cæss. Fl. Leone IIII. & Constantino eius filio Augustis, sedit annos 23. M. 10. D. 17.
Creatus IIII. Idus Februarij, consecratus XIIII. Cal. Martij ordinationes duas mense Martio fecit Episcoporum CLXXXV. Presbyterorum XXIIII. & Diaconorum VII, obijt VII. Calend. Ianuarij anno 795. Indict. IIII. sepultus ad S. Petrum, post Consulatum Imp. Cæsaris Fl. Constantini VIII. Leonis filij, Augusti anno XVI. non uacauit sedes.

ANNO CHRISTI DCCLXXXIX.

SAncta, & uniuersalis synodus septima Nicena secunda CCCL. Episcoporum, contra Iconomachorum hæresim conlecta. P. C. Imp. Cæs. Fl. Constantini Augusti anno decimo.

ANNO CHRISTI DCCXCVI.

LEo III. Azzupij filius Romanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis tt. 98
S. Susannæ, Impp. Cæss. Flauijs Constantino Hirenes filio, & Nicephoro Augustis, sedit annos 20. M. 5. D. 18.
Creatus VII. Cal. Ianuarii die obitus Papæ Hadriani, consecratus die sequenti, fecit ordinationes III. mense Martio Episcoporum CXXVI. Presbyterorum XXX. & Diaconorum XI. obijt pridie Idus Iunij

anno 816. Indictione I X. sepultus ad S. Petrum Impp. Caess. Carolo Magno, & Hludouico Augustis. uacauit sedes dies 20.

ANNO CHRISTI DCCC.

HIc Pontifex VIII. Cal. Ianuarij populi Romani scito, Clerique rogatu, quum Imperij Romani maiestas, omnia sibi Barbaris uendicantibus, obsolesceret, nec in fœmina Hirene Byzantij rerum potiente, quamuis altæ indolis, multum præsidij inesse uideretur, Carolum Pipini filium Francorum Regem, ob egregia in Christianum nomen, & Romanam sedem merita, Romanorum Imperatorem auito in Occidente imperandi more restituto, primus appellauit, inunctumq; Augustum consecrauit anno, ex quo in Italia imperari desitum est CCCXXV. post Augustuli uidelicet imperium.

ANNO CHRISTI DCCCXVI.

99 STephanus V. dictus IIII. Iulij Marini filius Romanus S. R. E. Diaconus Cardinalis à Leone Papa III. factus Imp. Cæs. Hludouico Pio Aug. sedit M. 6. D. 24.

Creatus, & consecratus X. Cal. Iulii, fecit ordinationem unam mense Decembri Episcoporum V. Presbyterorum IX. & Diaconorum IIII. obijt VIII. Cal. Februarij anno 817. sepultus ad S. Petrum. uac. sedes dies 2.

ANNO CHRISTI DCCCXVII.

100 PAschalis Maximi Bonosi filius Romanus, monachus, & Abbas S. Stephani, S. R. E. Presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis à Leone Papa III. factus Impp. Cæss. Hludouico Pio, & Hlotario filio eius Augustis, sedit annos 7. M. 3. D. 17.

Creatus VI. Calendas Februarij, ordinationes duas mense Decembri, & Martio fecit Presbyterorum VII. & Diaconorum VII. obijt III. Idus Maij, anno 824. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes D. 4.

ANNO CHRISTI DCCCXXIIII.

101 EVgenius II. Iunior Boemundi filius Romanus S. R. E. Archipres-

byter Cardinalis tt. S. Sabinæ à Leone *Papa* III. *factus* Impp. *Cæss.* Hludouico Pio, & Hlotario *Augustis, sedit annos* 4. M. 6. D. 24.
Creatus XVI. *Cal. Iunij, consecratus* XI. *Calendas. obijt* IIII. *Idus Decembris anno* 827. *sepultus ad* S. Petrum. *uacauit sedes dies* 3.

ANNO CHRISTI DCCCXXIIII.

Zinzinus *Romanus* S. R. E. *Presbyter Cardinalis in schismate contra Papam Eugenium creatus à minore eligentium parte, sedit dies aliquot.* 14
Pontificatu non longo *post coactus abdicauit.*

SCHISMA XI. IN ROMANA ECCLESIA.

ANNO CHRISTI DCCCXXIIII.

Valentinus *Leontij filius Romanus* S. R. E. *Archidiaconus Cardinalis à Paschali Papa factus, sedit* M. 1. D. 10. 102
Creatus XIX. *Cal. Ianuarij, consecratus die sequenti. obijt* XI. *Cal. Februarij anni* 828. *sepultus in Basilica* S. *Petri. uacauit sedes dies* 3.

ANNO CHRISTI DCCCXXVIII.

Gregorius IIII. *Ioannis filius* Romanus, S. R. E. *Presbyter Cardinalis tt.* S. *Marci à* Leone *Papa* III. *factus* Impp. Hludouico, & Hlotario Augg. *sedit annos* 16. 103
Creatus, & consecratus VII. *Calend. Februarij, ordinationes quinque mensibus Martio, Septembri, & Decembri fecit Episcoporum, Presbyterorum, &* Diaconorum CLXXXV. *obijt* VIII. *Cal. Februarij, anno* 844. *sepultus ad* S. Petrum. *uacauit sedes dies* 15.

ANNO CHRISTI DCCCXLIIII.

Sergius II. *Iunior Sergij filius Romanus de regione* IIII. S. R. E. *Archipresbyter Cardinalis tt.* SS. *Siluestri, & Martini tt. Equitij à Paschali Papa factus* Imp. *Cæs.* Hlotario *Augusto, sedit annos* 3. *menses* 2. D. 3. 104
Creatus, & consecratus IIII. *Idus Februarij, ordinationem unam mense*

Martio fecit, Episcoporum XXIII. *Presbyterorum* VIII. *&* *Diaconorum* III. *obijt pridie* Idus *Aprilis, anno* 847. *sepultusq; in* Basilica S. Petri. *non uacauit sedes.*

ANNO CHRISTI DCCCXLVII.

105 LEO IIII. *Rodulphi filius* Romanus, S. R. E. *Presbyter Cardinalis tt.* SS. IIII. *Coronatorum à Sergio Papa* II. *factus,* Impp. *Hlothario, & Hludouico iuniore* Augg. *sedit ann.* 8. M. 3. D. 6.
Creatus die obitus Papæ *Sergij prid. idus Aprilis, consecratus* XV. *Cal. Maii, ordinationes duas mensibus Martio, & Decembri fecit Episcoporum* LXIII. *Presbyterorum* XIX. *&* *Diaconorum* VIII. *obijt* XVI. *Cal. Augusti; sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes dies* 15.

ANNO CHRISTI DCCCLV.

106 BEnedictus III. *Petri filius* Romanus, S. R. E. *Presbyter Cardinalis S. Mariæ Transtyberim tt. Calisti, à* Leone *Papa* IIII. *factus,* Imp. *Hludouico Aug. sedit annos* 2. M. 6. D. 9.
Creatus Cal. Octobris, consecratus prid. Nonas *Octobris, ordinationem unam mense* Decembri *fecit Episcoporum* XX. *Presbyterorum* VI. *&* *Diaconi* I. *obiit* V. Idus *Aprilis anno* 858. *sepultus ad S.* Petrum. *uacauit eo mortuo sedes dies* 5.

ANNO CHRISTI DCCCLV.

15 ANastasius III. *Romanus,* S. R. E. *Presbyter Cardinalis tt. S. Marcelli in schismate contra Papam* Benedictum *creatus, sedit dies aliquot.*
Non longe post coactus abdicauit.

SCHISMA XII. IN ROMANA ECCLESIA.

ANNO CHRISTI DCCCLVIII.

107 NIcolaus Magnus *Theodori filius* Romanus, S. R. E. *Diaconus Cardinalis à Papa* Leone IIII. *factus,* Imp. *Cæsare* HLudouico *iuniore Augusto, sedit annos* 9. M. 6. D. 21.

Creatus, & consecratus VIII. *Cal. Maii, ordinationes plures mensibus* Martio, & Decembri *fecit, Episcoporum* LXV. *Presbyterorum* VII. & *Diaconorum* IIII. *obijt idibus Nouembris, anno Christi* 867. *Indictione prima; sepultus in Basilica S. Petri Apostoli in Vaticano. uacauit* Romana *sedes dies* 7.

ROMANORVM PONTIFICVM PARTIS PRIMAE FINIS.

PIO LECTORIS.



D *secundam huius operis partem deuentum est, quam ut dixi à prima, & tertia iccirco seiunxi, quod horum temporum Pontifices, neque perpetuum quendam habeant scriptorem, & maiorem suorũ gestorũ partem amiserint. qua ratione factum est, ut hæc tẽpora adeo incerta, et obscura sint, ut neq; quo loco, neq; quo ordine aliquot* Romanorum *Pontificum nomina recenserentur satis liqueat; nonnulliq; præterea noui inrepserint* Pontifices, *quibus, stante maxime temporum ratione, locus in hac serie esse non potest, ut* Basilio, Agapito *cuidam, &* Domno II. *qui uel ijdem certe uariatis nominibus cum aliquot alijs* Pontificibus, *uel schismatici fuerunt, uel omnino nunquam extiterunt. unumquodque autem horum asserere dubium est, & incertum. illud etiam sciendum in* Ioannis XI. *Leonis* VI. *Stephani* VIII. *Leonis* VII. & *Stephani* IX. *serie, non uulgatam scriptorum opinionem, sed Liutprandi* Ticinensis *ecclesiæ* Diaconi, *qui per ea tempora, & Guillelmi* Bibliothecarii, *qui non longe post uixerunt, quique uero similia scripserunt, sententias me sequutum fuisse. cur autem* Ioannis VIII. *Anglici Papæ, quem fœminam fuisse plerique fabulantur; item* Osporci *Papæ, qui quum Sergius* II. *appellatus esset, primus mutandi nominis* Romanis *Pontificibus occasionem dederit, contra uulgatam opinionem, aniles nugas, & puerilia commenta non receperim, latius disseram in secundo instituti mei libro. cæterum quod aliquorum* Pontificum, *contra iam receptam consuetudinem, numeros, quibus inter se hi, qui idem nomen habent, distinguuntur, mutauerim, consulto id feci, neque enim in eis numeris schismaticorum* Pontifi-

eum rationem habendam ulla ratione esse duxi. quod ab antiquis perperam factum à posteris emendatum est, ut in Felicibus, *&* Benedictis. *cum enim* Felicem, *quem secundum, siue iuniorem ueteres appellant, quiq; in schismate contra* Liberium *factus est; Quintum item, & decimum* Benedictos, *uigesimumque* Ioannem *schismaticos fuisse nemo non cognoscit, propterea'q; ex* Pontificum *legitimorum albo expungendos, atque in hisce numeris, quibus distinguuntur, eorum non est habenda ratio, sicut nec sequentium* Pontificum *schismaticorum, ut* Honorij II. *Clementis* III, *Gregorij* VIII, *Cælestini* II, *Victoris* IIII, *& aliorum habita est, qui forte magis ius habuerunt in* Romano Pontificatu, *quàm illi superiores. non enim caussam aliquam uideo, cur ita horum, sicut & illorum in hisce numeris rationem habere nolimus. sed quod (ut dixi) male à maioribus usurpatum fuit, à posteris rectiore iudicio emendatum est. Qui igitur alijs sunt* Felices III. IIII. *&* V. *mihi erunt* II. III. *&* IIII; *item qui alijs sunt* Benedicti VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. *&* XIII. *mihi erunt* V. VI. VII. VIII. IX. X. *&* XI.

In Stephanis uero, cur Stephani II. *qui tantum triduo* Pontifex *fuit, quum legitimis suffragijs creatus sit, rationem habere nolumus? quod inepte ab antiquis prætermissum est: aliquem enim esse legitimum* Pontificem, *& inter ceteros connumerandum non plus ius minus uiuendi ratio facit, uel non esse consecratum, sed iusta comitia, quibus* Stephanum *illum* II. *renunciatum fuisse satis constat. ideo & in Stephanis numerorum notæ mutandæ, & qui aliis est* II. *mihi* III. *qui aliis* III. *mihi* IIII. *& sic deinceps usque ad* X. *erit.*

In Martinis *uero fœde lapsus est* Martinus *ille, quem quartum appellant, & qui eum sequutus est* Martinus V. *nam secundum, & tertium* Martinos Papas *nunquam extitisse liquet; bene* Marinos *duos, primum, & secundum, siue seniorem & iuniorem fuisse, in omnibus uetustis exemplaribus, bullis, instrumentis, lapidibus, & ceteris id genus monumentis inueni, qui errore ex addita* T, *litera exorto à posteris* Martini II. *&* III. *sunt appellati. essent ergo* Martini IIII. *&* V. *secundus, & tertius dicendi.*

In his uero Pontificibus, *qui* Ioannis *nomen habuerunt, quanta, bone deus, confusio exorta est ex ueterum historiarum ignorantia. primo enim nescio qua ratione ducti sunt.* Ioannes *quem* XXI. *appellamus, & quem sequuti sunt* Ioannes XXII. *&* XXIII. *quum is* Ioannes, *qui ab aliquibus scriptoribus temere* Ioannes XX. *appellatur, tam in suis bullis, quàm in omnibus exemplaribus antiquis, semper* Ioannes Papa XIX. *dicatur,*

quod

quod Ioannis XVII. *schismatici, qui contra Gregorium* V. *creatus fuit, nec ab ipso, nec à duobus aliis prædecessoribus suis, qui Ioannis nomen habuerunt, ratio habita sit, quorum alter* Ioannes XVII. *&* alter XVIII. *nominati sint. qui male à posterioribus scriptoribus* Ioannes XVIII. *&* XIX. *dicti sunt. porro autem nullus unquam fuit* Ioannes *legitimus* Pontifex, *qui* XX. *uocatus sit. Idcirco in* Ioanne XXI. XXII. *&* XXIII. *emendandum est* Ioannes XX. XXI. *&* XXII. *nam si* Platina *potuit in his* Pontificibus, *qui* Ioannis *nomen habuerunt, numerorum notas falso, & sine ratione mutare, & eos* Ioannes, *quos nos rectissime,* VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIIII. XV. XVI. XVII. XVIII. *&* XIX. *appellamus* IX. X. XI. XII. XIII. XIIII. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. *&* XX. *dicere. item eos, qui* Ioannes XX. XXI. *&* XXII. *recte dici debent, illos* XXII. XXIII. *&* XXIIII. *etiam secus quàm seipsos nominauerunt, appellare: non'ne, & ego iure eos possum mutando in integrum restituere?*

Sed ne propter uulgatum, & iam receptum nominandi modum, dum res clariores facere uolo, eas his mutationibus obscuriores reddam; singulis nominibus germanam numeri notam addens, eam quoque, qua uulgo appellantur, adiunxi, ut de quo Pontifice *loquatur unusquisq; intelligat ut exempli caussa,* Ioannes XXI. *dictus* XXII. *primus enim numerus uerus est, & is, quo iure appellari deberet; secundus autem falsus est, is uidelicet, quo perperam ab omnibus nominatur, ob ueterum monumentorum ignorantiam cum cæteris subortus.*

Illud demum non ignorandum, eum Pontificem, *qui uulgo deprauate* Hilarius *uocatur, non* Hilarium, *sed* Hilarium *debere appellari, idque ex antiquis inscriptionibus argenteis, musiuis, & lapideis, quæ* Romæ *in baptisterio* Lateranensi *hactenus extant, restitui. si plura autem post hæc dicenda, uel aduertenda occurrent, ea in* Romanorum Pontificum *uitis explicabo. continet uero hæc pars secunda annos* CLXXX.

ONVPHRII PANVINII VE-RONENSIS FRATRIS EREMITAE AVGVSTINIANI,

ROMANORVM PONTIFICVM PARS SECVNDA.

ANNO CHRISTI DCCCLXVII.

108 
Adrianus I I. iunior Talari Episcopi filius S.R.E. Presbyter Cardinalis à Papa Sergio I I. factus, Imp. Cæs. Hludouico iuniore Aug. sedit annos 5. D. 12.

Creatus X I I. Cal. Decembris. obijt Cal. Decembris anno 872. sepultus ad S. Petrum. uac. sedes D. 12.

ANNO CHRISTI DCCCLXVIII.

SAncta, & uniuersalis synodus V I I I. Constantinopolitana quarta CCCLXXXIII. Episcoporum, contra Photium Neophytum Constantinopolitanæ sedis inuasorem conlecta, in qua eo exacto Ignatius Patriarcha, qui dolis Photij eiectus fuerat, restitutus est.

ANNO CHRISTI DCCCLXXII.

109 IOannes V I I I. Gundi filius Romanus, S. R. E. Cardinalis Archidiaconus Impp. Cæss. Hludouico iuniore, Carolo I I. Caluo; Hludouico I I I. Balbo; & Carolo I I I. Crasso Augustis, sedit annos 10. D. 3. Creatus X I X. Cal. Ianuarij. obijt X V I I I. Cal. Ianuarij anni 882. Indictione X V. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes dies 3.

ANNO CHRISTI DCCCLXXXII.

110 MArinus Palumbi Presbyteri filius Gallesianus, Tuscus, S. R. E. Diaconus Cardinalis, Imp. Cæsare Carolo I I I. Augusto, sedit annum 1. M. 2. D. 28.

Creatus XV. Cal. Ianuarij. obijt XVII. Cal. Aprilis, anno 884. sepultus in Basilica S. Petri Apostoli. uacauit sedes dies 2.

ANNO CHRISTI DCCCLXXXIII.

HAdrianus III. Romanus, Agapitus antea uocatus, Benedicti filius de regione uia lata, Imp. Caes. Carolo III. Augusto, sedit annum 1. M. 1. D. 22. 111

Creatus XV. Cal. Aprilis. obijt VII. Idus Maij anno 885. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes D. 3.

ANNO CHRISTI DCCCLXXXV.

STephanus VI. dictus V. Romanus Basilicus antea uocatus, Hadriani filius, de regione uia lata, Impp. Caess. Carolo III. & Arnulpho Augg. sedit annos 6. D. 14 112

Creatus III. Idus Maij. obijt VIII. Cal. Iunij anno 891. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes dies 5.

ANNO CHRISTI DCCCXCI.

FOrmosus Portuensis Leonis filius, & Episcopus Portuensis à Ioanne Papa VIII. factus, Imp. Caes. Arnulpho Augusto, sedit annos 5. M. 6. D. 18. 113

Creatus prid. Cal. Iunij. obijt XVI. Cal. Ianuarij, anno 896. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes D. 2.

Formosus primus omnium Romanorum Pontificum ex Episcopo factus Papa.

ANNO CHRISTI DCCCXCI.

SErgius III. Benedicti filius Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis in schismate contra formosum Papam creatus, sedit dies aliquot. Coactus abdicauit. 16

ANNO CHRISTI DCCCXCI.

SCHISMA XIII. IN ROMANA ECCLESIA.

ANNO CHRISTI DCCCXCVI.

114 Bonifacius VI. Hadriani Episcopi filius Romanus, Imp. Cæsare Arnulpho Augusto, sedit dies 15.
Creatus XIII. Cal. Ianuarij. obijt III. Nonas Ianuarii, anno 897. Sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes D. 4.

ANNO CHRISTI DCCCXCVII.

115 Stephanus VII. dictus VI. Ioannis Presbyteri Cardinalis filius Romanus Episcopus Anagninus à Formoso Papa factus, Imp. Cæs. Arnulpho Aug. sedit ann. 1. M. 3.
Creatus VI. Idus Ianuarij, obijt VIII. Idus Aprilis, anno 898. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes D. 3.

ANNO CHRISTI DCCCXCVIII.

116 Romanus Constantini filius, Marini Papæ nepos Gallesianus Tuscus Imp. Cæs. Arnulpho Aug. sedit M. 4. D. 23.
Creatus III. Idus Aprilis, obijt Cal. Septembris anno 898. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes D. 8.

ANNO CHRISTI DCCCXCVIII.

117 Theodorus Iunior II. Photij Filius Romanus, Imp. Cæsare Arnulpho Augusto, sedit dies 20.
Creatus IIII. Idus Septembris. obijt III. Cal. octobris sepultus ad Sanctum Petrum. uacauit sedes D. 11.

ANNO CHRISTI DCCCXCVIII.

118 Ioannes IX. Rampoaldi filius Tiburtinus monachus, Imp. Cæs. Arnulpho Augusto, sedit annos 2. D. 15.
Creatus V. Idus Octobris. obijt VIII. Cal. Nouembris anno 900. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes D. 9.

ANNO CHRISTI DCCCC.

Benedictus IIII. Mammoli filius Romanus, Imp. Caes. Ludouico IIII. Arnulphi filio Augusto, sedit ann. 4. M. 6. D. 15. 119
Creatus prid. Nonas Nouembris. obijt XV. Cal. Iunij an. 905. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes D. 6.

ANNO CHRISTI DCCCCV.

Leo V. Ardeatinus, è uilla Priapi, Imp. Ludouico Quarto Augusto, sedit mensem 1. D. 10. 120
Creatus VIII. Cal. Iunij, coactus à Christophoro Presbytero abdicauit V. Nonas Iulij, & monachus factus est. non uacauit sedes. obijt autem non longe post, & Laterani sepultus.

ANNO CHRISTI DCCCCV.

SCHISMA XIIII. IN ROMANA ECCLESIA.

ANNO CHRISTI DCCCCV.

Christophorus Leonis filius Romanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis tt. SS. Laurentii, & Damasi, Imp. Caesare Ludouico IIII. Augusto, sedit menses 7. 121
Creatus V. Nonas Iulii, coactus à Presbytero Cardinale Sergio abdicauit, & monachus factus est III. Nonas Februarii anni 906. non longe post moriens in monasterio suo sepultus est.

ANNO CHRISTI DCCCCVI.

Sergius III. Benedicti filius Romanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis, Imp. Ludouico IIII. sedit ann. 7. M. 3. D. 16. 122
Creatus prid. Nonas Februarii. obiit XIII. Cal. Iunii anno 913. Laterani sepultus. uacauit sedes D. 7.

ANNO CHRISTI DCCCCXIII.

Anastasius III. Luciani filius Romanus, Imp. Caesare Conrado Franco, sedit annos 2. M. 2. D. 29. 123
Creatus VI. Cal. Iunii. obiit IX. Cal. Septembris anno 915. sepultus

ad S. Petrum. uacauit sedes D. 2.

ANNO CHRISTI DCCCCXV.

124 LAndo Tami filius Sabinus, Imperatore Cæsare Conrado Franco, sedit menses 4. D. 22.
Creatus VI. Cal. Septembris. obiit XVI. Cal. Februarii anno 916. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes dies 26.

ANNO CHRISTI DCCCCXVI.

125 IOannes X. Ioannis filius Romanus, prius Episcopus Bononiensis, post Archiepiscopus Rauennas, Impp. Cæss. Conrado Franco, & Henrico Aucipe Augg. sedit ann. 14. M. 2. D. 15.
Creatus Idibus Februarii. obiit suffocatus ceruicali super os coniecto V. Cal. Maij, anno 930. sepultus Laterani. non uacauit sedes.

ANNO CHRISTI DCCCCXXX.

126 IOannes XI. Sergij Papæ III. filius nothus Romanus Imp. Cæs. Henrico Aucipe Saxone Augusto, sedit annos 4. M. 10. D. 15.
Creatus V. Cal. Maij, obijt III. Idus Martij, anno 935. sepultus Laterani. uacauit sedes diem 1.

ANNO CHRISTI DCCCCXXXV.

127 LEo VI. Christophori Primicerij filius Romanus, Imp. Henrico Aucipe Saxone Augusto, sedit M. 6. D. 15.
Creatus Idibus Martij, obijt III. Cal. Octobris, anni 935. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes D. 10.

ANNO CHRISTI DCCCCXXXV.

128 STephanus VIII. dictus VII. Tendemundi filius Romanus, Imp. Cæs. Henrico Aucipe, sedit annos 2. M. 1. D. 15.
Creatus VI. Idus Octobris. obijt VIII. Cal. Decembris, anno 937. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes dies 2.

ANNO CHRISTI DCCCCXXXVII.

LEo VII. Romanus, Imp. Cæs. Othone Saxone, sedit annos 2. menses 6. D. 12. 129
Creatus V. Cal. Decembris. obijt VIII. Idus Maij, anno 940. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes M. 1.

ANNO CHRISTI DCCCCXL.

STephanus IX. dictus VIII. Romanus, Imp. Cæs. Othone Magno Saxone Augusto, sedit annos 2. M. 4. D. 15. 130
Creatus V. Idus Iunij. obijt X. Cal. Nouembris, anno 942. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes D. 10.

ANNO CHRISTI DCCCCXLII.

MArinus II. iunior Romanus, Imp. Othone sedit an. 3. M. 6. D. 13. 131
Creatus III. Nonas Nouembris. obijt Idibus Maii, anno 946. sepultus ad S. Petrum. uacauit. sedes dies 3.

ANNO CHRISTI DCCCCXLVI.

132
AGapetus II. iunior Romanus, Imp. Othone sedit an. 9. M. 7. D. 10. Creatus XIIII. Cal. Iunij. obiit V. Cal. Ianuarii, anno 955. sepultus Laterani. uacauit sedes D. 12.

ANNO CHRISTI DCCCCLV.

IOannes XII. Romanus, Octauianus antea uocatus, ex comitibus Tusculanis, Alberici Romanorum principis, & Consulis filius de regione uia lata, S. R. E. Diaconus Cardinalis, Imp. Cæs. Othone, sedit ann. 8. M. 4. D. 5. 133
Creatus IIII. Idus Ianuarii, anno Domini 963. Idibus Decembris, à concilio Romæ iussu Imp. Cæsaris Othonis Augusti congregato, Pontificatus ei abrogatus est, anno eiusdem VII. mense XI. dieq; IIII. non uacauit sedes, quod eo die à concilio in eius locum factus est.

ANNO CHRISTI DCCCCLXIII.

134 LEo VIII. Romanus Ioannis Protoscriniarii filius, de regione cliui Argentarii, & ipse Apostolicæ sedis Protoscriniarius, qui Imp. Cæs. Othone Magno Saxone Augusto, sedit annum 1. M. 3. D. 5.
Creatus in concilio Idibus Decembris Ioanne Papa XII. priuato.

ANNO CHRISTI DCCCCLXIIII.

IOannes XII. iam priuatus hoc anno XVI. Cal. Februarii Othone Augusto absente, & Leone VIII. urbe fugato Pontificatum Romanum recepit, tenuitq; M. 3. D. 28.
Obiit eodem anno, prid. Idus Maii, & Laterani sepultus. non uacauit sedes: nam eo die ab eius factione in schismate in eius locum contra Papam Leonem VIII. creatus est.

ANNO CHRISTI DCCCCLXIIII.

17 BEnedictus V. Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis, qui sedit mensem 1. D. 11.
Creatus die obitus Ioannis, prid. Nonas Maii. coactus ab Imp. Othone Augusto abdicauit, eodem anno VIII. Cal. Iulij, & in Germaniam in urbe Hamburgo relegatus, ibidem non longe post obiit, atque in cathedrali Hamburgensi sepultus est.

ANNO CHRISTI DCCCCLXIIII.

SCHISMA XV. IN ROMANA ECCLESIA.

ANNO CHRISTI DCCCCLXIIII.

LEo VIII. Romanus post Benedicti abdicationem sedit M. 8. D. 22. obijt anno 865. XVI. Cal. Aprilis. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes Romana menses 6. D. 15.

ANNO CHRISTI DCCCCLXV.

135 IOannes XIII. Ioannis Episcopi filius, Romanus, Episcopus Nar-
niensis

niensis Imp. Cæs. Othone Augusto sedit ann. 6. M. 11. D. 5.
Creatus VI. Nonas Octobris. obijt VIII. Idus Septembris anno 972. sepultus in Basilica S. Pauli Apostoli uia Ostiensi. uacauit sedes D. 14.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXII.

Benedictus V. Dictus VI. Hildebrandi filius Romanus, Imp. Cæs. Othone Augusto sedit annum 1. M. 6. 136
Creatus XII. Cal. Octobris. coactus abdicauit XIIII. Cal. Aprilis anno 974. & in mole Hadriani in carcerem coniectus est; ubi à Cincio iussu Bonifacij Papæ VII. strangulatus est; & ad S. Petrum sepultus.

SCHISMA XVI. IN ROMANA ECCLESIA.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXIIII.

Bonifacius VII. Romanus Franco Ferrutij filius antea uocatus, S. R. E. Diaconus Cardinalis, Imp. Cæs. Othone iuniore Augusto, sedit annum 1. M. 1. D. 12. 137
Creatus pridie Cal. Aprilis. coactus abdicauit V. Idus Maij, & urbe exactus, relegatus est anno 975. uacauit sedes dies 20.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXV.

Benedictus VI. dictus VII. Deusdedit filius, ex comitibus Tusculanis, Romanus, Episcopus Sutrinus Imp. Cæsare Othone iuniore Augusto sedit annos 9. M. 1. D. 12. 138
Creatus fugato Bonifacio VII. eodem anno VII. Cal. Iunij. obijt VI. Idus Iulij, anno 984. sepultus in titulo S. Crucis in Hierusalem. uac. sedes Dies 5.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXXIIII.

Ioannes XIIII. Papiensis, Petrus antea uocatus, Episcopus Papiensis Imp. Cæs. Othone iuniore Augusto sedit men. 8. D. 2. 139
Creatus Idibus Iulij. exactus Pontificatu à Bonifacio VII. in urbem reuerso XVII. Calend. Aprilis; captusq́;, atque in carcerem coniectus, non longe post mortuus est. non uacauit sedes.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXXV.

Bonifacius VII. Romanus, iterum Pontificatum Romanum tenuit Imp. Othone iuniore Augusto M. 4. D. 6.
A die abrogationis Ioannis Papæ XIIII. uidelicet XVII. Cal. Aprilis, usque ad XII. Cal. Augusti eius anni, in quo mortuus est, & Laterani sepultus. uacauit eo mortuo Romana sedes dies 10.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXXV.

140 Ioannes XV. Romanus Leonis Presbyteri Cardinalis filius de uico Gallinæ Albæ, Imp. Cæsare Othone III. Augusto sedit an 9. M. 7. D. 10.
Creatus Cal. Augusti. obijt anno 995. VI. Idus Martij; sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes dies 7.

ANNO CHRISTI DCCCCXCV.

141 Ioannes XVI. Roberti filius Romanus Imp. Cæs. Othone tertio Saxone Augusto, sedit menses 3.
Creatus XV. Cal. Aprilis. obijt XV. Cal. Iulij; sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes dies 6.

ANNO CHRISTI DCCCCXCV.

142 Gregorius V. ex urbe Vuangia, saxo, Germanus, Bruno antea uocatus, Othonis filius, & Imp. Othonis affinis, ac capellanus, Imp. Cæsare Othone III. Augusto sedit annos 2. M. 7. D. 25.
Creatus Rauennæ VIII. Cal. Iulij, consecratus Romæ. obijt XII. Cal. Martij anno 998. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes menses 8. D. 10.

ANNO CHRISTI DCCCCXCVI.

18 Ioannes XVII. Græcus, Episcopus Placentinus, creatus in schismate contra Gregorium V. à factione Crescentij Nomentani Consulis Romani, sedit M. 10.
Pontificatu ab Imp. Cæs. Othone III. Augusto coactus abdicauit, & in Germaniam relegatus est.

Huius, quoniam ui, & contra canones Romanum Pontificatum inuasit, in nominis numero ratio non est habita à tribus Pontificibus proxime succedentibus, qui Ioannis nomen habuere, nec in numero Romanorum Pontificum receptus est.

ANNO CHRISTI DCCCCXCVI.

SCHISMA XVII. IN ROMANA ECCLESIA.

ANNO CHRISTI DCCCCXCVIII.

Sylueſter iunior II. Aquitanus Gallus, Gerebertus antea uocatus, Monacus Floriacenſis cœnobij in Gallijs, primo Archiepiſcopus Remenſis, poſt Rauennas, Imp. Cæſ. Othone III. ſedit ann. 4. M. 6. D. 12. 143
Creatus Cal. Nouembris. obiit IIII. Idus Maij anno 1003. Indictione prima; ſepultus Laterani. uacauit ſedes dies 23.

ANNO CHRISTI MIII.

Ioannes XVII. Sicco antea uocatus, Romanus, ignobilis de uico Biberatica, Imp. Cæſ. Henrico II. Auguſto, ſedit menſes 5. D. 26. 144
Creatus Nonis Iunij, obijt pridie Cal. Nouembris anno 1003. ſepultus in eccleſia S. Sabæ de cella noua in Auentino. uac. ſedes dies 19.

ANNO CHRISTI MIII.

Ioannes XVIII. Romanus, Phaſanus ante uocatus, de uico portæ Methodij, Imp. Cæſare Henrico II. iuniore Auguſto, ſedit an. 5. M. 7. D. 3. 145
Creatus XIIII. Calendas Ianuarij. obijt XII. Cal. Auguſti. anno 1009. ſepultus in Baſilica Lateranenſi. uacauit ſedes dies 30.

ANNO CHRISTI MIX.

Sergius IIII. Petrus Martini filius ante uocatus, Romanus, Imp. Henrico II. Aug. ſedit ann. 2. M. 9. D. 12. 146
Creatus XII. Cal. Septempris. obijt Cal. Iunij anno 1012. ſepultus Laterani. uacauit ſedit dies 8.

ANNO CRHISTI MXII.

147 BEnedictus V I I. dictus V I I I. Romanus, Gregorij Filius, ex comitibus Tusculanis, S. R. E. Presbyter Cardinalis Imp. Cæs. Henrico I I. Aug. sedit ann. 11. M. 10. D. 21.

Creatus I I I I. Idus Iunij. obijt prid. Cal. Maij, anno 1024. sepultus ad S. Petrum. non uacauit sedes.

AMNO CHRISTI MXII.

SCHISMA XVIII. IN ROMANA ECCLESIA.

Inter Benedictum V I I. & alium quendam presbyterum, cuius nomen nunquam inuenire potui, factione quorundam nobilium contra Benedictum creatum, qui non longe post urbe exactus est.

ANNO CHRISTI MXXIIII.

148 IOannes X I X. Gregorij filius, & Benedicti V I I. frater, Romanus, ex comitibus Tusculanis, S. R. E. Cardinalis Episcopus Portuensis. Imp. Cæs. Conrado iuniore Saliquo Augusto, sedit ann. 8. M. 7. D. 9.

Creatus pridie Cal. Maij. obijt V I. Idus Decembris anno 1032. sepultus ad S. Petrum. uacauit sedes D. 2.

ANNO CHRISTI MXXXII.

149 BEnedictus V I I I. dictus I X. Romanus, Theophylactus Alberici filius antea uocatus Benedicti V I I. & Ioannis X I X. nepos, ex comitibus Tusculanis, S. R. E. Diaconus Cardinalis, Impp. Cæss. Conrado I I. & Henrico I I I. Augustis, sedit ann. 12. M. 4. D. 20.

Creatus I I I. Idus Decembris. exactus Pontificatu X I I I. Cal. Februarij anno 1045. in eius locum factus est ab aduersa factione.

ANNO CHRISTI MXXXXV.

19 SYluester I I I. Romanus, Ioannes ante uocatus, S. R. E. Episcopus Cardinalis Sabinus, qui in schismate contra Benedictum V I I I. sedit menses 2. D. 19.

Creatus XIII. Cal. Februarij. exactus Pontificatu à Benedicto VIII. V. Idus Martij, & in eius locum iterum Pontificatum Romanum obtinuit ipse.

ANNO CHRISTI MXLV.

BEnedictus VIII. qui cum Ioanne alio, quem XX. appellabat iterum sedit in schismate contra Syluestrum M. I. D. 21.

A die VI. Idus Martij ad Cal. Maij anni 1045. quo die, quum ipse, & Ioannes XX. sponte abdicassent, tertius suffectus est Gregorius VI.

ANNO CHRISTI MXLV.

IOannes XX. Romanus, una cum Benedicto VIII. in schismate contra Syluestrum III. sedit M. I. D. 21. 20

A die VI. Idus Martii, ad Cal. Maii, in quo quum abdicasset ipse, & Benedictus IIII. factus, est in utriusque locum tertius Papa uidelicet.

GRegorius VI. Romanus, Ioannes Gratianus antea appellatus, S. R. E. Archipresbyter S. Ioannis ante portam Latinam, qui Imp. 150 Cæsare Henrico III. Augusto, sedit annum I. M. 7. D. 21.

Creatus Cal. Maii, coactus in concilio Sutri ab Imp. Henrico III. congregato abdicauit, XII. Cal. Ianuarii, anni 1046. & Cluniacum in Galliis relegatus. ibidem non longe post obiit.

SCHISMA XIX. IN ROMANA ECCLESIA.

Inter hos quatuor Pontifices, in quo omnibus Pontificatu abrogatis, in synodo Sutrina Pontifex Maximus Imp. Cæsaris Henrici III. Augusti auctoritate factus est.

Clemens Papa II. natione Saxo, Germanus.

CANDIDO LECTORI S.



ERTIA *hæc est* Romanorum *Pontificum pars, cui ob superius relatas rationes iure optimo Clemens Papa* I I.*initium dedit . hinc enim deinceps librorum, & auctorum copia, clariora, & illustriora omnia erunt . hinc Cardinalium perpetua series haberi incipit . hinc maiestas* Pontificia *asseri cœpta . hinc denique ex temporum tenebris egreßi, paulatim in apertißimam lucem prodibimus. hanc autem partem in plures quoque diuidi partes necesse fuit: primo enim loco id temporis interuallum ponam, quod inter Clementem* I I. *&* Gelasium I I. *est; quod hæc tempora, si inferiorum rationem habere uoluerimus, paulo obscuriora sint, ueque præsertim quantum ad Cardinalium indicem attinet, multum clara . non enim omnia eorum nomina supersunt; & ea, quorum cognitionem habemus ratione quadam indistincta sub singulis Pontificibus non per suas sigillatim creationes adposui . item Cardinales uiuentes quando isti* Romani *Pontifices creati sunt, uel qui eorum comitijs interfuerunt, mihi per hæc tempora desunt . quæ omnia, quum sub* Gelasii I I. *Pontificis Maximi Pontificatu haberi, & cognosci incipiant, ideo usque ad id tēpus hanc perduci debere partem, conueniens uisum fuit . quæ annos continet plus minus* L X X I.

ONVPHRII PANVINII VERONENSIS FRATRIS EREMITAE AVGVSTINIANI,

ROMANORVM PONTIFICVM PARS TERTIA.

ANNO CHRISTI MXLVI.



LEMENS II. PONTIFEX MAXIMVS, *Suidigerus antea uocatus, natione Germanus, prouincia Saxonia Imp. Cæsaris Henrici III. Augusti capellanus. qui tribus Pontificibus schismaticis ab Imp. Henrico III. abdicare coacti, ex Episcopo Bambergensi Romanus Pōtifex Sutri in synodo XII. Cal. Ianuarij anni Domini MXLVII. renunciatus Romã ueniens VIII. Cal. Ianuarij uidelicet, die Natalis Domini consecratus, & coronatus fuit. sedit autem in Apostolica sede Imp. Cæsare Henrico III. Augusto menses IX. & dies XIX. Obijt uero Romæ anno Domini MXLVII. VII. Idus Octobris, cuius cadauer Bambergam ad priorem suum Episcopatum translatum, in cathedrali ecclesia sepultum est. uacauit sedes menses IX. & dies VII.* 151

ANNO CHRISTI MXLVII.

DAMASVS II. PONTIFEX MAXIMVS, Poppo *antea uocatus, cognomento Bagnarius, natione Germanus, prouincia Bauaria, & Episcopo Bricinensi in Noricis, ex auctoritate Imp. Cæs. Henrici III. Augusti Romanus Pontifex in locum Papæ Clementis II. anno Domini MXLVII. creatus est. qui Romam ueniens XVI. Cal. Augusti consecratus, & coronatus fuit. sedit autem in Apostolica sede Imp. Cæsare Henrico III. Augusto dies tantum XXIII. Nam quum post consecrationem suam Præneste uitandi caloris Vrbani caussa profectus fuisset, ibidẽ VI. Idus Augusti decessit, cuius cadauer Romam relatum, in basilica S. Laurentij extra muros sepultum est. uacauit eo mortuo Romana sedes menses sex, & dies XIIII.* 152

LEO IX. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MXLIX.

SIGNVM LEONIS PAPAE IX.

MISERICORDIA DOMINI PLENA EST TERRA.

153 LEO PAPA IX. *Bruno antea uocatus, natione Germanus, prouincia Alsatia, patrē habuit* Hugonem *uirum nobilissimum, ex Regio comitum Dagsburgi alias Egghiseim genere ortum. hic ex Episcopo Tullensi in Leucis anno Domini* MXLIX. *ex auctoritate Imp.* Henrici III. *Augusti Romanus Pontifex renunciatus Romam ueniens, pridie Idus Februarij Dominica prima Quadragesimæ indictione secunda consecrationis munus, & coronationis insignia iuxta Basilicam S. Petri suscepit.*

Sedit autem in Apostolica sede Imp. Cæsare Henrico III. *Augusto annos* V. *menses duos, & dies octo.*

CARDINALES XIIII. CREATI A PAPA LEONE IX.

Leo Papa IX. *multas in suo Pōtificatu Cardinalium fecit ordinationes, ex quibus eorum subijciemus nomina, quorum memoriam ex tanta ueterum illorum temporum obscuritate inuenire & in lucem edere potuimus.*

EPISCOPI CARDINALES IIII.

Domnus Vbertus Monachus Tullensis in Leucis, Francus Gallus, Episcopus Cardinalis Syluæ candidæ, alias SS. Virginum Rufinæ, & Secundæ.

Ioannes Mincius Guidonis filius Romanus ex comitibus Tusculanis Episcopus Cardinalis Veliternus.

Bonifacius Episcopus Cardinalis Albanus.

Petrus Episcopus Cardinalis Tusculanus.

PRESBYTERI CARDINALES VI.

Hugo Blaucus, alias Candidus Tridentinus Presbyter Cardinalis tt. S. Clementis.

Domnus Stephanus monachus, & Abbas SS. Andreæ, & Gregorij in diuo scauri de urbe Presbyter cardinalis tituli sanct.

Ioannes Archipresbyter S. Petri de Vrbe, S. R. E. Presbyter Cardinalis.

Leo Prsbyter Cardinalis tt. S. Laurentij in Lucina; post, S. R. E. Archipresbyter.

Domnus Mainardus Campanus monachus Casinas Presbyter Cardinalis.

Domnus

Domnus Stephanus monachus Caßinas Presbyter Cardinalis.

DIACONI CARDINALES IIII.

Fridericus Gozzelonis Ducis Lotharingiæ filius, Lotharingus Gallus, ex canonico ecclesiæ S. Lamberti, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica & S. R. E. Bibliothecarius, ac Cancellarius.

Domnus Dauferius, qui & Desiderius Beneuentani Principis filius Beneuentanus Samnis monachus congregationis S. Trinitatis Canensis, S. R. E. Diaconus Cardinalis.

Aribo Primiscrinius, S. R. E. Diaconus Cardinalis.

Mancius Diaconus Cardinalis, post, S. R. E. Archidiaconus.

Leo igitur Papa IX. aliquot ordinationibus, multos Cardinales creauit, ex quibus XIIII. nomina reperta uidelicet Episcoporum IIII. Presbyterorum VI. & Diaconorum IIII.

BIBLIOTHECARII, ET CANCELLARII SVB PAPA LEONE IX.

Petrus Diaconus Cardinalis Bibliothecarius, & Cancellarius S. Apostolicæ sedis, anno primo Papæ Leonis IX.

Fridericus Lotharingus Gallus, post Petrum S. Apost. sedis Bibliothecarius, & Cancellarius ab anno secundo ad finem Pontificatus.

Anno Domini MLIIII. XIII. Cal. Maij, obijt Papa Leo IX. Romæ, Cadauer ibidem ad S. Petrum sepultum est. uacauit sedes menses 11. & dies 28.

VICTOR II. PONTIFEX MAXIMVS

ANNO CHRISTI MLV.

SIGNVM VICTORIS PAPAE II.

VICTORIS PAPAE IESVS CHRISTVS.

VICTOR PAPA II. *Gebehardus ante uocatus, natione Germanus, prouincia Sueuia, Laureaci ex comitibus Calbensibus ortus, Arduuigi comitis, & Bitzelæ filius, Imp. Henrici III. propinquus fuit. ex cuius auctoritate, quum esset Episcopus Eistatensis, & eiusdem consiliarius Pontifex Romanus creatus, Romæ idibus Aprilis anni domini* 154

M L V. *ab Episcopis Cardinalibus consecratus, & coronatus est. sedit autem* Imp. *Cæs.* Henrico I I I. *annos* I I. *menses* I I I. *& dies* X V I.

PRESBYTER CARD. CREATVS A VICTORE PAPA II.

Anno Domini M L V I I. *Pontificatus anno* I I I. *mense* Iunio, *Sabbato* IIII. *temporum Pentecostes* Florentiæ *in* Tuscia.

Domnus Fridericus Gozzelonis *Ducis* Lotharingiæ *filius* Lotharingus *Gallus, monachus Caßinas paulo ante factus, atque à monacis eius monasterij Abbas Caßinensis electus, & Archidiacono,* S. R. E. *à uictore Papa* I I. *Presbyter Cardinalis tituli* S. *Chrysogoni creatus, & Abbas Caßinensis consecratus est.*

Fridericus *Lotharingus,* S. R. E. *Archidiaconus, Bibliothecarius, & Cancellarius* S. *Apostolicæ sedis, & eo absente.*

Domnus Hildebrandus, S. R. E. *Cardinalis subdiaconus*	
Domnus Vbertus *Tullẽsis Episcopus Card. Syluæ cãdidæ*	*pro Cancellario* S. R. E.
Aribo, S. R. E. *Diaconus Card. & primiscrinius*	

Anno Domini M L V I I. V. *Cal.* Augusti, Florentiæ *in* Tuscia *obijt* Victor *Papa* I I. *sepultus ibidem in Ecclesia cathedrali. uacauit sedes dies* 4.

STEPHANVS X. DICTVS IX. PONT. MAX.

ANNO CHRISTI MLVII.

SIGNVM STEPHANI PAPAE X.

* * *

155 STEPHANVS PAPA X. DICTVS IX. Fridericus *antea appellatus, natione* Gallus *prouincia* Lotharingia, *regio* Francorum *regum genere oriundus, patrem habuit* Gozzelonem *Ducem* Lotharingiæ, *fratrem uero* Gotefridum *magnum, & in* Italia *potentißimum ducem,* Mithildisq; *comitissæ maritum, habuit. qui Papæ* Leonis I X. *Archidiaconus fuerat. mortuo uero* Victore I I. *ex Abbate Caßinense, &* S. R. E. *Presbytero Cardinale tt.* S. *Chrysogoni, Bibliothecario, & Cancellario, anno Domini* M L V I I. I I I I. *Nonas* Augusti, *in eius locum, Pontifex Maximus renunciatus, die sequenti, consecratus, & coronatus est. sedit autem in Apostolica sede* Imp. *Cæ-*

sare Henrico IIII. nobilissimo puero, menses VII. & dies 28.

CARDINALIS CREATVS A STEPHANO PAPA IX.

Anno Domini MLVIII. mense Martio. Sabbato IIII. temporum Quadragesimæ Papa Stephanus X. Romæ Cardinalem unum creauit, qui fuit,

Domnus Petrus de Honestis Damiani filius, cognomento Peccator, nobilis Rauennas, Eremita Episcopus Cardinalis Ostiensis.

Papa Stephanus sine Cancellario uel Bibliothecario fuit, sed

Domnus Vbertus Episcopus Card. Syluæ Candidæ
D. Hildebrandus, S. R. E. Card. Subdiaconus } *pro Cancellario fuere.*
Aribo Diac. Card. & S. R. E. Primiscrinius

Anno Domini MLVIII. IIII. Cal. Aprilis Florentiæ obijt Papa Stephanus, ibidemq; in Cathedrali ecclesia sepultus. uacauit sedes dies 13.

BENEDICTVS IX. DICTVS X. PONT. MAX.

ANNO CHRISTI MLVIII.

SIGNVM BENEDICTI PAPAE IX.

* * *

BENEDICTVS PAPA IX. DICTVS X. *Ioannes Minceius antea uocatus Guidonis filius, nobili comitum Tusculanorum genere Romæ oriundus, ex Episcopo Cardinale Veliterno à Leone Papa IX. creato, mortuo Papa Stephano, à Romanis proceribus laicis propinquis suis præter canones, & contra Cardinalium uoluntatem Pontifex Maximus renunciatus, pridie Idus Aprilis anni MLVIII. consecratus & coronatus est. sedit Imp. Cæs. Henrico IIII. menses IX. diesq; XX.* 21

Coactus à Cardinalibus & Nicolao Papa II. contra eum Senis in Tuscia facto, Duce quoque Gotefrido opem ferente, abdicauit pridie Cal. Februarij anni Domini MLIX. & non longe post moriens ad S. Mariam Maiorem sepultus est.

Hunc quod legitimis suffragijs renunciatus Pontifex non fuerit, ex albo Pontificum Romanorum quidam prorsus ammouent, mensesq; X. & dies tres sedem uacasse scribunt. quo ille tempore Pontificatum Romanum inuasit. huic sententiæ & nos subscribimus, quare in sequentibus pon-

tificibus, qui Benedicti nomen habuerunt, in numerandi ratione huius rationem non habebimus, sicut nec Benedicti illius, quem omnes quin tum appellant, habuimus.

SCHISMA XX. IN ROMANA ECCLESIA.

Inter Benedictum IX. dictum X. & Nicolaum II. in quo Benedicto abdicante Pontificatum obtinuit Nicolaus II.

NICOLAVS II. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MLIX.

SIGNVM NICOLAI PAPAE II.

* * *

156 NICOLAVS PAPA II. *Gerardus cognomine Burgundio antea appellatus, natione Allobrox; ex Episcopo Florentino, Senis in Tuscia omnium Cardinalium suffragijs in schismate contra Benedictum Papam IX. sedis Apostolicæ inuasorem pridie Cal. Ianuarij anni MLIX. Pontifex Maximus renunciatus est; eodem Benedicto prius abrogato. qui Romam cum Cardinalibus ueniens auxilio Ducis Gotefridi, Stephani Papæ X. fratris, pulso atque abdicare coacto Benedicto IX. mense Ianuario consecratus, & coronatus est.*

Sedit uero in Apostolica sede Imp. Cæs. Henrico IIII. annos duos, menses VI. & diem I.

CARDINALES IIII. CREATI A NICOLAO PAPA IIII.

Anno Domini MLIX. Pontificatus primo, mense Martio Sabbato IIII. temporum Quadragesimæ, Auximi in Piceno Papa Nicolaus II. hos creauit Cardinales, qui fuerunt,

Ioannes Episcopus Cardinalis Portuensis

Ioannes Episcopus Cardinalis Tusculanus.

Domnus Desyderius Beneuentanus Samnis monachus, & electus Abbas Cassinensis, ex Diacono Leonis Papæ IX. Pesbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ, & Abbas Cassinensis consecratus est.

Domnus Hildebrandus Bonicij filius Soanensis Tuscus Monachus, & olim Prior Cluniacensis ex Abbate S. Pauli extra urbem uia Ostiensi, & S. R. E. Cardinale subdiacono, & œconomo, Apostolicæ sedis Archi-

diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica factus.

Domnus Oderisius *ex comitibus Marsorum Campanus*, Oderisii *Comitis filius, monachus Caßinas*, Diaconus Cardinalis, *post* Abbas Caßinensis.

Nicolaus Papa I I. *ordinatione una mense Martio facta, quatuor nouos creauit Cardinales*, Episcopos *uidelicet duos*, & Diaconos *totidem*, Presbyterumq; *unum ex antiquo* Diacono *fecit*.

Nicolaus Papa I I. *sine Cancellario uel Bibliothecario fuit, sed*

Domnus *ubertus* Episcopus Card. *syluæ Candidæ*
Hildebrandus, S. R. E. *Archidiaconus*, &
Aribo Diac. Card. & S. R. E. *Primiscrinius*
} *pro Cancellario fuerunt.*

Anno Domini MLXI. *prid. Cal. Iulij Romæ obijt* Nicolaus Papa I I. *cadauer ad* S. Petrum *sepultum est. uacauit sedes menses* I I I.

HONORIVS II. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MLXI.

SIGNVM HONORII PAPAE II.

BENEDICTVS DEVS ET PATER DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

HONORIVS PAPA II. *Cadolus antea uocatus*, Parma Nobili *genere ortus, ex* Episcopo Parmense *auctoritate* Imperatoris Henrici I I I I. *inconsultis* Cardinalibus Romanus Pontifex *designatus* V. Cal. Nouembris *anni* MLXI. *consecratus, & coronatus est.* 22

Sedit in sua obedientia Imp. Cæs. Henrico I I I I. *annos* V.

Damnatus *in* Concilio Mantuano V I. Cal. Nouembris *anni* MLXII. Pontificatusq; *ei abrogatus est, confirmato eius competitore* Alexandro I I. *uerum, quum obtemperare concilio noluisset*, Pontificatus Romani *insignia multis annis usque ad mortem tenuit*, Cardinales *quoque, & alia omnia, quæ* Romani Pontifices *rite creati facere cõsueuerunt, fecit. eius tamen gesta, ut pleraque alia, omnino intercidere, ut etiam nec dies uel annus eius mortis scire poßit.*

SCHISMA XXI. IN ROMANA ECCLESIA.

I*nter* Honorium I I. *ab* Imperatore *designatum*, & Alexandrum I I. *à clero* Romano *factum, in quo congregata* Mantuæ *synodo* Pontificatus Romanus Alexandro Papæ I I. *cesit*, Honorij *ipsius ordinatione antiquata*.

ALEXANDER II. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MLXI.

SIGNA PAPAE ALEXANDRI II. ANTE CONCILIVM MANTVANVM.

EXVRGE DEVS IVDICA CAVSSAM MEAM.
DOMINVS VIRTVTVM NOBISCVM.

SIGNA ALEXANDRI PAPAE II. POST CONCILIVM MANTVANVM.

EXALTAVIT ME DEVS IN VIRTVTE BRACHII SVI.
DEVS NOSTRVM REFVGIVM ET VIRTVS.
MAGNVS DEVS NOSTER MAGNA VIRTVS EIVS.

157 ALEXANDER PAPA II. *Domnus Anſelmus antea uocatus, Mediolani ſummo loco ex familia Badagia natus, patrem habuit Anſelmum, eiuſdem ciuitatis primarium hominem. hic ex canonico regulari monaſterij Lateranenſis Epiſcopus Lucenſis primo, mox à Cardinalibus, Romæ in ſchiſmate contra Cadolum Epiſcopum Parmenſem ab Imperatore Henrico IIII. deſignatum, Calendis Octobris anni MLXI. Romanus Pontifex renunciatus, non longe poſt conſecratus, & coronatus eſt. ſedit autem in Apoſtolica ſede, Imp. Cæſare Henrico IIII. Auguſto annos XI. menſe VI. dieſque XXII.*

CARDINALES XX. CREATI AB ALEXANDRO PAPA II.

Alexander Papa II. multas in ſuo Pontificatu Cardinalium fecit ordinationes, ex quibus eorum ſubijciemus nomina, quorum memoriam ex antiquis huius Pontificis monumentis eruere potuimus.

EPISCOPI CARDINALES V.

Domnus Mainardus Campanus monachus Caſsinas, ex Presbytero Leonis Papæ IX. Epiſcopus Cardinalis Syluæ Candidæ.
Baſilius Græcus Epiſcopus Cardinalis Albanus.
Vbaldus Epiſcopus Cardinalis Sabinus.
Vbertus Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus.
Gerardus Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.

PRESBYTERI CARDINALES XI.

Benno Germanus Presbyter Cardinalis; post, S. R. E. Archipresbyter.

Hugo Gallus Presbyter Cardinalis, post Archiepiscopus Lugdunensis.

Hugobaldus Presbyter Cardinalis.

Ponno Presbyt. Card. tt. S. Anastasiæ.

Ioannes Presbyter Cardinalis.

Domnus Bernardus Gallus monachus, & Abbas S. Victoris Maßiliæ Presbyter Cardinalis.

Domnus Ricardus Gallus monachus Presbyter Card. post Abbas S. Victoris Maßiliæ.

Atto Presbyter Cardinalis.

Hermanus Presbyter Cardinalis; post Archipresbyter.

Domnus Aldemarius Capuanus Campanus, ex clerico Capuanæ ecclesiæ Ricardique Principis capuani Cancellario, monachus Caßinas, Abbas SS. Stephani, & Laurentij extra muros Romæ, Presbyter Cardinalis.

Anselmus Presbyter Cardinalis, post Episcopus Lucensis.

DIACONI CARDINALES V.

Domnus Albericus monachus Caßinas Diaconus Cardinalis.

Domnus Theodimus ex comitibus Marsorum Campanus Berardi comitis filius, monachus Caßinas Diac. Card. post, S. R. E. Archidiaconus.

Leo Diaconus Cardinalis, & Camerarius, S. R. E.

Petrus Romanus ex Præposito S. Georgij in Lateranensi Patriarchio Diac. Cardinalis & S. R. E. Cancellarius.

Albertus Diaconus Cardinalis.

Alexander Papa II. aliquot ordinationibus mense Decembri, & alijs factis, multos creauit Cardinales, quorum XX. tantum nomina reperta uidelicet Episcoporum V. sed unius ex antiquo Presbytero, Presbyterorum XI. & Diaconorum V.

BIBLIOTHECARIVS ET CANCELLARIVS S.R.E. SVB ALEXANDRO PAPA II.

Petrus Romanus Præpositus S. Georgij in Lateranensi Patriarchio pro Cancellario & Bibliothecario, S. R. E. anno Pontificatus primo.

Idem Petrus creatus, S. R. E. subdiaconus Apostolicæ sedis Bibliothecarius annis 4. & 5.

Idem Petrus creatus, S. R. E. Diaconus Cardinalis sedis Apostolicæ Bibliothecarius, & Cancellarius.

Aribo Diaconus Cardinalis & Primiscrinius, pro Cancellario, & Bibliothecario absente Petro, anno Pontificatus septimo.

Anno Domini M L X X I I I. X. *Cal. Maij Romæ obijt Alexander Papa* I I. *cadauer Laterani sepultum est. non uacauit sedes.*

GREGORIVS VII. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MLXXIII.

SIGNVM GREGORII PAPAE VII.

VERBO DOMINI COELI FIRMATI SVNT.

158 GREGORIVS PAPA VII. *Domnus Hildebrandus antea uocatus, natione Tuscus, patria Soanensis, Bonicij filius, monacho, & priore Cluniacensis monasterij, S. R. E. Cardinalis subdiaconus, œconomus, & Abbas S. Pauli à Leone Papa* I X. *creatus, mox à Nicolao Papa* I I. S. R. E. *Archidiaconus ordinatus est. qui die obitus Alexandri Papæ* I I. *uidelicet* X. *Calendas Maij anno* M L X X I I I. *omnium Cardinalium suffragijs Pontifex Maximus renunciatus, Romæ* I I I. *Calendas Iulij consecrationis munus, & coronationis insignia suscepit.*

Sedit autem in Apostolica sede Imp. Cæs. Henrico I I I I. *Augusto annos* 12. *mensem* 1. *& dies tres.*

Gregorius Papa V I I. *multas in suo Pontificatu Cardinalium fecit ordinationes, ex quibus horum tantum nomina reperta sunt.*

EPISCOPI CARDINALES IIII.

Domnus Otho de Castillione Diœcesis Remensis Gallus, ex canonico regulari Lateranensi monachus Cluniacensis, Episcopus Card. Ostiensis.

Gregorius Episcopus Cardinalis Sabinus.

Petrus Igneus Episcopus Cardinalis Albanus.

Ioannes Episcopus Card. Tusculanus.

PRESBYTERI CARDINALES XI.

Petrus ex Diacono Cardinali Alexandri I I. *Presbyter Cardinalis tt. S. Chrysogoni, & S. R. E. Cancellarius.*

Domnus Ioannes Gallus monachus, & Abbas Dolensis Presbyter Card. SS. Syluestri & Martini, tt. Equitij, post factus Archiepiscopus Dolensis.

Deusde-

Deusdedit V I. *Consultus Presbyter Card. S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.*

Gratianus Presbyter Cardinalis.

Domnus Gebizo monachus, & Abbas monasterij SS. Bonifacii, & Alexij in monte Auentino Presbyter Cardinalis.

Cuno Germanus Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ.

Benedictus Presbyter Card. S. Pudentianæ, tt. Pastoris.

Benedictus Presbyter Card. tt. S. Praxedis.

Domnus Reginerus Crescentij filius Bleranus, ex comitatu Galliatæ Tuscus, ex Canonico regulari Lateranensis monachus Cluniacensis, Abbas SS. Laurentij, & Stephani extra muros urbis uia Tiburtina Presbyter Card. tt. S. Clementis.

Natro Presbyter Cardinalis.

Innocentius Presbyter Cardinalis.

Leo Presbyter Cardinalis.

DIACONI CARDINALES VI.

Gregorius, S. R. E. Diaconus Cardinalis.

Ioannes Diaconus Cardinalis, post S. R. E. Archidiaconus.

Bernardus Papiensis Diaconus Cardinalis.

Gregorius Diaconus Cardinalis.

Albertus Diaconus Cardinalis.

Crescentius Diaconus Cardinalis.

Gregorius Papa V I I. *aliquot ordinationibus factis multos creauit Cardinales sed* X X I. *tantum nomina reperta, uidelicet Episcoporum* I I I I. *Presbyterorum* X I I. *sed unius ex antiquo Diacono, & Diaconorum* V I.

Petrus Presbyter Card. tt. S. Chrysogoni, S. R. E. Bibliothecarius, & Cancellarius.

Anno Domini M L X X X V. V I I I. *Cal. Iunij Salerni in Brutijs, obijt Gregorius Papa* V I I. *cadauer ibidem in ecclesia S. Matthæi sepultum est. uacauit Romana sedes annum unum, menses 4. diesq; 17.*

CLEMENS III. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MLXXX.

SIGNA CLEMENTIS PAPAE III.

CONFIRMA HOC DEVS QVOD OPERATVS ES IN NOBIS.
VERBO DOMINI COELI FIRMATI SVNT;
IESVS CHRISTVS DOMINVS NOSTER.

23 CLEMENS III. ANTIPAPA, *Gibertus antea uocatus, summo loco Parmæ in Lombardia ex nobili Corrigiarum familia ortus est. hic primo fuit clericus Parmensis ecclesiæ, mox Imperatoris Henrici IIII. Cancellarius: deinde, eo procurante, Archiepiscopus Rauennas factus, atque ab Alexandro Papa II. consecratus. quo mortuo, & Gregorio Papa VII. iam octauum sui Pontificatus annum agente, ab Episcopis Lombardis, & aliquibus ex clero Romano ab Imperatore pecunia corruptis, ex auctoritate eiusdem Imp. Henrici IIII. in schismate contra Gregorium Papam VII. anno Domini MLXXX. VII. Cal. Iulij, Brixini in Noricis Antipapa Creatus, Romæ XI. Cal. Aprilis anno MLXXXIIII. pulso Gregorio Papa, coronatus est.*

Sedit autem in schismate contra Gregorium VII. Victorem III. Vrbanum II. & Paschalem II. Romanos Pontifices Imp. Cæsare Henrico IIII. Augusto, annos 21. menses, & dies aliquot.

CARDINALES XIX. CREATI A CLEMENTE PAPA III.

Clemens Papa III. in sua obedientia multas fecit Cardinalium ordinationes, quibus multos Cardinales creauit, ex quibus horum tantum nomina reperta.

EPISCOPI CARDINALES V.

Adelbertus Episcopus Cardinalis Syluæ Candidæ, alias S. Rufinæ.
Ioannes Episcopus Cardinalis Ostiensis.
Hugo Episcopus Cardinalis Prænestinus.
Petrus Episcopus Cardinalis Portuensis.
Albertus Episcopus Cardinalis Nepesinus.

PRESBYTERI CARDINALES X.

Petrus Presbyter Cardinalis.

Anastasius
Guarinus
Benno Germanus — Presbyteri Cardinales.
Romanus
Guido
Octauianus

Domnus Theodericus monachus, & Abbas Farfensis, Presbyter Cardinalis.

Domnus Nicolaus monachus, & Abbas S. Syluestri Romæ Presbyter Cardinalis.

Domnus Nicolaus monachus, & Abbas S. Pancratij Presbyter Cardinalis.

DIACONI CARDINALES IIII.

Seruidus ex subdiacono sacri palatij Diaconus Cardinalis, & pro Cancellario.

Paulus Primicerius, S. R. E. Diaconus Cardinalis.

Albertus Atellanus Diaconus Cardinalis.

Maginulphus Romanus Diaconus Cardinalis.

Clemens III. Antipapa aliquot ordinationibus factis, multos creauit Cardinales, ex quibus XIX. tantum memoria extat, Episcoporum uidelicet V. Presbyterorum X. & Diaconorum IIII.

Seruidus ex subdiacono Diac. Card. pro Cancellario sub Clemente III.

Anno Domini MCI. Romæ obijt clemens Papa III. cadauer eius Rauennam translatum in ecclesia cathedrali sepultum est.

SCHISMA XXII. IN ROMANA ECCLESIA.

Inter Gregorium VII. & eius successores, & Clementem III. In quo Gregorij Papæ VII. pars tandem sub Paschali Papa II. præualuit.

VICTOR III. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MLXXXVI.

SIGNVM VICTORIS PAPAE III.

DOMINE DEVS MEVS IN TE SPERAVI.

VICTOR PAPA III. Domnus Desiderius antea uoca- 159

tus, natione Samnis patria Beneuentanus, ex principibus eius ciuitatis oriundus, ex monacho, & Abbate Caßinensi, Presbyteroque Cardinale, S. R. E. tt. S. Cæciliæ à Nicolao Papa II. facto, Romanus Pontifex in schismate contra Clementem Papam III. à Gregorij VII. factione Romæ die Pētecostes uidelicet IX. Cal. Iunij anno MLXXXVI. renunciatus, non nisi anno sequenti Capuæ XII. Cal. Aprilis consecratus, & coronatus est.

Sedit in Apostolica sede à die creationis suæ Imp. Cæs. Henrico IIII. Aug. annum unum, menses III. diesque XXIIII.

Obijt in monasterio montis Caßini anno MLXXXVII. XVI. Calendas Octobris. cadauer eius ibidem in capitulo fratrum sepultum fuit. uacauit Romana sedes menses V. diesque XXIIII.

Petrus Presbyter Card. tt. S. Chrysogoni, S. R. E. Cancellarius sub Victore Papa III.

VRBANVS II. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MLXXXVIII.

SIGNVM VRBANI PAPAE II.

VERBO DOMINI COELI FIRMATI SVNT.

160 VRBANVS PAPA II. *Domnus Otho antea appellatus, natione Gallus, oppido Castelionis, quod est in diœcesi Remensi, prius canonicus regularis Lateranensis, mox monachus Cluniacensis factus, qui ex Episcopo Cardinale Ostiense à Gregorio Papa VII. creato, post obitum Victoris Papæ III. Romanus Pontifex in schismate contra Clementem III. Antipapam à Gregorianæ factionis Cardinalibus Terracinæ in Campania IIII. Idus Martij anno Domini MLXXXVIII. creatus, & consecratus fuit.*

Sedit autem in Apostolica sede Imp. Cæs. Henrico IIII. Augusto in schismate contra Clementem III. annos 11. menses 4. & dies 18.

CARDINALES XXX. CREATI AB VRBANO PAPA II.

Vrbanus Papa II. ordinationibus quamplurimis mense Decembri, & alijs

mensibus factis, multos creauit Cardinales, ex quibus horum nomina reperta.

EPISCOPI CARDINALES VII.

Otho Gallus Episcopus Cardinalis Ostiensis.
Gualterus Episcopus Cardinalis Albanus.
Milo Episcopus Cardinalis Prænestinus.
Mauritius Episcopus Card. Portuensis.
Crescentius alias Cintius Episcopus Cardin. Sabinus.
Bobo Episcopus Cardinalis Labricanus.
Offo Episcopus Cardinalis Nepesinus.

PRESBYTERI CARDINALES XIII.

Domnus Oderisius ex comitibus Marsorum Oderisii Comitis filius, Campanus monachus Caßinas ex Diacono Cardinali Nicolai Papæ II. Presbyter Cardinalis *creatus, & Abbas Caßinensis consecratus est.*
Domnus Bernardus Vbertus Florentinus Tuscus, Monachus, *& maximus Abbas uallis Vmbrosæ diœcesis* Florentinæ, Presbyter Cardinalis tt. S. * *post* Episcopus Parmensis, *à* Paschali Papa II. *consecratus.*
Petrus Presbyter Card. SS. Syluestri, *&* Martini, tt. Equitij, *post* S. R. E. Archipresbyter.
Amicus Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hierusalem.
Paulus Presbyter Cardinalis tt. S. Xysti.
Bonifacius Presbyter Card. tt. S. Marci, *post* S. R. E. Archipresbyter.
Benedictus S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ,
Gregorius Presbyter Cardinalis tt. S. Priscæ.
Theobaldus. SS. Ioannis, *&* Pauli, tt. Pammachij.
Ioannes Presbyter Cardinalis tt. S. Anastasiæ.
Robertus Pasiensis Presbyter Card. tt. S. Eusebij.
Risus Presbyter Card. tt. SS. Laurentij, *&* Damasi.
Bernardus Presbyter Cardinalis tt. S. Chrysogoni.
Dietericus Germanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis.

DIACONI CARDINALES X.

Domnus Ioannes Caietanus Crescentij filius, monachus Caßinas, ex S.R.E. *subdiacono, &* Papæ Vrbani II. *Præsignatore,* Diac. Card. S. Mariæ in Cosmedin, *&* S.R. E. Cancellarius.
Domnus Gregorius monachus, & Abbas Sublacensis Diaconus Cardinalis.
Domnus Gregorius monachus, & Abbas SS. Andreæ, *&* Gregorij in cliuo Scauri de urbe, Diaconus Cardinalis S. Eustachij.
Leo Diaconus Cardinalis Sancti. *

Ionathas Diaconus *Card. SS. Cosmæ, & Damiani.*

Theodimus Campanus Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.

Theobaldus Diaconus *Card. S. Mariæ Nouæ.*

Domnus *Gregorius de Papa Ioannis Filius, Romanus de regione Transtiberim, Canonicus regularis Lateranensis Diac. Card. S. Angeli.*

Ioannes Diaconus *Card. S. Hadriani.*

Bernardus, S. R. E. Diaconus Cardinalis.

Vrbanus Papa II. aliquot ordinationibus mense Decembri, & alijs mensibus factis multos Cardinales creauit, sed ex eis non nisi XXX. nomina inuenta, uidelicet Episcoporum VII. Presbyterorum XIIII. sed unius ex antiquo Diacono, & Diaconorum X.

Domnus Ioannes *ex subdiacono, S. R. E. Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin, Præsignator Domni Vrbani Papæ II.*

Anno Domini MXCIX. *Romæ in ædibus Petri Leonis IIII. Cal. Augusti obijt Vrbanus Papa II. eius cadauer in Basilica S. Petri sepultum est. uacauit sedes Romana dies XVII.*

PASCHALIS II. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MXCIX.

SIGNVM PASCHALIS PAPAE II.

FIRMAMENTVM EST DOMINVS TIMENTIBVS EVM.

161 PASCHALIS PAPA II. *Domnus Reginerius antea uocatus, natione Tuscus oppido Blera in comitatu Galliatæ patrem habuit Crescentium, matrẽ uero Alsatiam. hic primo fuit canonicus regularis Lateranensis, mox monachus Cluniacensis factus est. mortuo uero Vrbano Papa II. ipse ex abbate SS. Stephani, & Laurentij extra muros urbis, & Presbytero Cardinale tt. S. Clementis à Gregorio Papa VII. creato, Romanus Pontifex in schismate contra Clementem III. Antipapam à Gregorianæ factionis Cardinalibus XVIII. Cal. Septembris anni MCXCIX. Romæ renunciatus, die sequenti suæ coronationis insignia suscepit.*

Sedit autem in Apostolica sede Impp. Cæsaribus Henricis IIII. & V. Augustis, annos XVIII. menses V. & dies VII.

CREATIONES CARDINALIVM PAS-
CHALIS PAPAE II.

Paschalis Papa II. multas in suo Pontificatu Cardinalium fecit ordinationes, ex quibus earum, quas potuimus inuenire, hæ precipue feruntur.

CREATIONE PRIMA ANTE ANNVM
VI. PONTIFICATVS.

Habita inter multos, quos fecit Cardinales, horum IIII. nomina tantum inuenta.

Domnus Leo Marsicanus Campanus, monachus, & Bibliothecarius monasterij Caßinensis, Episcopus Card. Ostiensis.

Ioannes Episcopus Cardinalis Tusculanus.

Ricardus Episcopus Cardinalis Albanus.

Leo Episcopus Cardinalis Veliternus.

CREATIONE CARDINALIVM SECVNDA.

Anno Pontificatus sui sexto, mense Septembri habita, inter alios Cardinales hi XVIII. creati sunt.

Domnus Lambertus de Fagnano alias de Scanabecchis ciuis, & Archidiaconus Bononiensis, ex Canonico regulari Lateranensi Episcopus Card. Ostiensis.

Diuizzo Episcopus Cardinalis Tusculanus.

Conradus Episcopus Cardinalis Prænestinus.

Vincentius Episcopus Cardinalis Portuensis.

Leo Episcopus Cardinalis Albanus.

Arnaldus Presbyter Cardinalis tt. S. Clementis.

Gregorius Presbyter Cardinalis Basilicæ SS. XII. Apostolorum.

Ioannes Presbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ.

Guido Presbyter Cardinalis tt. S. Chrysogoni.

Rainus Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Vbertus Presbyter Cardinalis tt. S. Sabinæ.

Antonius Presbyter Cardinalis tt. S. Susannæ.

Otho Presbyter Card. S. Pudentianæ tt. Pastoris.

Gregorius Caietanus Papæ scriptor, Diac. Card. S. Luciæ in Septisolio.

Aldo de Ferentino Campanus Papæ scripto, SS. Sergij, & Bacchi.

Domnus Henricus Siculus, monachus, Decanus Mazarensis, Diac. Card. S. Theodori.

Domnus Oderisius de Sangro Campanus, monachus, & Præpositus monasterij Caßinensis, Diaconus Cardinalis S. Agathæ, post Abbas Caßinensis.

Domnus Roscemanus Campanus monachus Caßinas Diac. Card. S. Geor-

gij in uelabro.

ALIA CREATIONE ANNO PONTIFICATVS VIII. *habita, hi duo creati sunt Cardinales.*

Landulphus Presbyter Card. tt. S. Laurentij in Lucina.

Diuizzo Presbyter Card. SS. Syluestri, & Martini tt. Equitij.

Alijs Cardinalium ordinationibus anno X. Pontificatus, & post habitis, multi Cardinales ab eodem Pontifice creati sunt, sed horum tantum nomina inuenta.

EPISCOPI CARDINALES III.

Domnus Cuno Germanus Eremita Trunciberenger ordinis Arrosiam, Episcopus Cardinalis Prænestinus.

Petrus Episcopus Cardinalis Portuensis.

Vitalis Episcopus Cardinalis Albanus.

PRESBYTERI CARDINALES XVII. *uel* XXI.

Conradus Presbyt. Card. S. Pudentianæ tt. Pastoris.

Desiderius Presbyt. Cardinalis tt. S. Praxedis.

Deusdedit Presbyter Card. tt. SS. Laurentij, & Damasi.

Gregorius de Ceceano Campanus Papæ scriptor tt. S. Laurentij in Lucina.

Hugo Pisanus Papæ Pascalis II. capellanus, Presbyter Card. Basilicæ Apostolorum.

Saxo de comitibus Signiæ Anagninus Papæ scriptor & capellanus tt. S. Stephani in monte Cœlio.

Petrus Pisanus Papæ Capellanus tt. S. Susannæ.

Ioannes Cremensis Presbyter Card. tt. S. Chrysogoni.

Sigizzo Presbyter Cardinalis tt. S. Xysti.

Amicus Presbyt. Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Anastasius Presbyt. Card. tt. S. Clementis.

Nicolaus Presbyt. Card. SS. Io. & tt. Pauli, tt. Pammachij.

Theobaldus Buceapecus Romanus, Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ.

Gerardus Presbyter Cardinalis, tt. S. Priscæ.

Guido Presbyter Cardinalis tt. S. Balbinæ.

Ioannes Presbyter Cardinalis tt. S. Eusebij.

Hugo de Alatro Campanus Presbyt. Card. S. Vitalis tt. Vestinæ.

* * *Presbyter Card. tt. SS. IIII. coronatorum.*

* * *Presbyter Card. tt. S. Marcelli.*

* * *Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.*

* * *Presbyter Card. S. Mariæ Transtiberim, tt. Callisti.*

Reliquorum decem, & nouem Presbyterorum Cardinalium, quos à Paschale

schali Papa II. *creatos fuisse constat, nomina desiderantur.*

DIACONI CARDINALES VII. *uel* IX.

Petrus *Diaconus Card. S. Hadriani.*

Romanus *Diaconus Card. S. Mariæ in porticu.*

Petrus Petri Leonis *Romanus, Diac. Card. SS. Cosmæ, & Damiani.*

Comes Mediolanensis *Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.*

Chrysogonus Pisanus *Papæ scriptor, S. Nicolai in carcere Tulliano.*

Stephanus Diac. Card. S. Luciæ in silice alias Orphea.

Crescentius Anagninus *Campanus Papæ scriptor S. Mariæ in Domnica.*

. . . *Diac. Card. S. Mariæ in uia lata.*

. . . *Diac. Card. SS. Viti, & Modestæ in macello Martyrum.*

Reliquorum XVI. *Diaconorum, quos Paschalis* Papa II. *creauit, nomina adhuc reperire non potuimus.*

Paschalis Papa II. *ordinationibus pluribus mense Decembri, & alijs mensibus factis creauit Episcopos centum, habentur ex his Episcopi Cardinales* XII. *Presbyteros Cardinales* L. *habentur* XXVII. *& Diaconos Card.* XXX. *ex quibus* XII. *tantum nomina inuenta. fuut autem omnino Cardinales à Papa Paschali* II. *creati, quorum extat memoria* LI.

Domnus Ioannes *Caietanus monachus Cassinas, Diac. Card. S. Mariæ in Cosmedin, S. R. E. Bibliothecarius, & Cancellarius.*

Anno Domini MCXVIII. XII. *Cal. Februarij Romæ in pace ecclesiæ obijt Paschalis Papa* II. *cadauer eius Laterani sepultum. uacauit Romana sedes dies* 3.

PONTIFICES SCHISMATICI SVB PASCHALI PAPA II.

ALBERTVS *Attellanus in schismate post clementē* III. *contra Paschalem Papam* II. *anno Domini* MCI. *creatus sedit menses.* IIII. *captus à militibus Paschalis Papæ* II. *coactusq; abdicauit, & in monasterio S. Laurentij Auersæ perpetuo carceri mancipatus.* 24

SYLVESTER III. ROMANVS, *Theodericus antea uocatus, monachus, & Abbas Farfensis in schismate post Albertum contra Papam Paschalem* II. *creatus à Clementis Antipapæ factione sedit men* 25

ſes III. & dies XV. captus & ipſe à præſidijs Papæ Paſchalis, coa-ctusq; abdicauit, atque in monaſterio Cauenſi S. Trinitatis relegatus.

26 MAGINVLPHVS ROMANVS. in ſchiſmate poſt Theodericum contra Paſchalem Papã II. anno MCII. creatus, non longe poſt moriens, maximo, & periculoſo ſchiſmati finem impoſuit.

PIO LECTORI S.



QVANTO magis ad noſtra tempora properamus, omnia nobis clariora, & illuſtriora occurrent: deinceps enim & Cardinalium creationes diſtinctæ, paucis admodum exceptis, uideri poterunt, & eorum Cardinalium cognitio habebitur, qui ſingulis poſt hæc Romanorum Pontificum creationibus, uel præſentes, uel abſentes fuerunt: ſtellula enim aliquibus nominibus præfixa, eos ab eis comitijs abſentes fuiſſe notat. qua autem ratione hanc partem, quæ annos CXXV. continet, Innocentij IIII. Papæ Pontificatum attingere uoluerim, eo loco explicabo.

GELASIVS II. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCXVIII.

SIGNVM GELASII PAPAE II.

DEVS IN LOCO SANCTO SVO.



ELASIVS PAPA II. *Domnus Ioannes antea uocatus, natione Campanus, patria Caietanus, Crescentij filius, nobili genere ortus est. hic ex monacho monasterij Casinensis, primo Præsignator (idest Cancellarius) S. R. E. & Papæ Vrbani II. fuit; mox ab eodem Pontifice Diaconus Cardinalis, S. R. E. S. Mariæ in Cosmedin factus est. qui mortuo Paschale Papa II. Romæ omnium Cardinalium suffragijs* VIII. *Cal. Februarij anno* MCXVIII. *Pontifex Maximus renunciatus, Caietæ Calendis Martij, consecrationis munus, & coronationis insignia suscepit.* 162

Sedit uero in Apostolica sede Imp. Cæs. Henrico V. Augusto annum unum, & dies quinque.

CARDINALES LII. VIVENTES QVANDO GELASIVS PAPA II. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

VRBANVS PAPA II.

Cencius Episcopus Cardinalis Sabinus, Prior Episcoporum.

PASCHALIS PAPA II.

Domnus Lambertus Fagnanus, Episcopus Card. Ostiensis.

* *Diuizzo Episcopus Cardinalis Tusculanus, absens.*

Petrus Episcopus Cardinalis Portuensis.

* *Domnus Cuno Germanus Episcop. Card. Prænestinus, absens.*

Vitalis Episcopus Cardinalis Albanus.

PRESBYTERI CARDINALES XXVIII.

VRBANVS PAPA II.

Amicus tt. S. Crucis in Hierusalem, S. R. E. Archipresbyter.

Bonifacius Presbyt. Cardinalis tt. S. *Marci.*
Benedictus Presbyt. Card. S. *Petri ad* Vincula, *tt.* Eudoxiæ.

PASCHALIS PAPA II.

Ioannes *Presbyt. Card. tt.* S. *Cæciliæ.*
Rainus *tt.* SS. *Marcellini,& Petri.*
V . . . *Presbyt. Card. tt.* S. *Sabinæ.*
Diuizzo SS. *Syluestri,& Martini, tt.* Equitij.
Conradus S. *Pudentianæ tt. Pastoris.*
Desiderius Presbyt. Card. tt. S. Praxedis.
Deusdedit *tt.* SS. *Laurentij, &* Damasi.
Gregorius de Ceccano, tt. S. *Laurentij in Lucina.*
Hugo Pisanus, Basilicæ SS. XII. *Apostolorum.*
Saxo Anagninus tt. S. *Stephani in Cœlio monte.*
Petrus Pisanus tt. S. *Susannæ.*
Ioannes *Cremensis tt.* S. *Chrysogoni.*
Sigizzo Presbyt. Card. tt. S. *Xysti.*
Amicus tt. SS. *Nerei,& Achillei.*
Anastasius Presbyt. Card. tt. S. *Clementis.*
Nicolaus SS. Ioannis,& *Pauli tt. Pammachij.*
Theobaldus tt. S. *Anastasiæ.*
Gerardus Presbyt. Card. tt. S. *Priscæ.*
Guido Presbyt. Card. tt. S. *Balbinæ.*
Ioannes *Presbyt. Card. tt.* S. *Eusebij.*
Hugo de Alatro, S. *Vitalis, tt. Vestinæ.*
. . . *Presbyt. Card. tt.* SS. IIII. *Coronatorum.*
. . . *Presbyt. Card. tt.* S. *Marcelli.*
. . . *Presbyt. Cad. tt.* S. *Cyriaci in Thermis.*
. . . *Presbyt. Card.* S. *Mariæ Transtiberim, tt. Calisti.*

DIACONI CARDINALES XVIII.

VRBANVS PAPA II.

Ioannes *Caietanus* S. *Mariæ in Cosmedin,* S. R. E. *Cancellarius, & Archidiaconus.*
Gregorius Diac. Card. S. *Eustachij.*
Theobaldus Diac. Card. S. *Mariæ nouæ.*
Domnus Gregorius de Papa, S. *Angeli.*

PASCHALIS PAPA II.

Gregorius Caietanus S. *Luciæ in Septisolio.*
Aldo de Ferentino SS. *Sergij, & Bacchi.*

Domnus Henricus siculus, S. Theodori.
Domnus Oderisius de Sangio S. Agathæ.
Domnus Roscemanus S. Georgij in Velabro.
Petrus Diac. Card. S. Hadriani.
Romanus S. Mariæ in Porticu.
Petrus Petri Leonis SS. Cosmæ, & Damiani.
Comes S. Mariæ in Aquiro.
Chrysogonus Pisanus S. Nicolai in carcere Tulliano.
Stephanus S. Luciæ in Orphea.
Crescentius S. Mariæ in Domnica.
. . . Diac. Card. S. Mariæ in uia Lata.
. . . Diac. Card. SS. Viti, & Modestæ in Macello Martyrum.

CARDINALIS CREATVS A GELASIO PAPA II.

Anno Domini MCXVIII. Pontificatus primo Cal. Martij. Caietæ Papa Gelasius II. primo creauit Cardinalem unum, is fuit Petrus Rufus Diaconus Card. S. Mariæ in Cosmedin.

Chrysogonus Pisanus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Bibliothecarius, & Cancellarius.

SCHISMA XXIII. IN ROM. ECCLESIA IN QVO

Gregorius Papa VIII. antea appellatus Mauritius Burdinus Hispanus, Archiepiscopus Bracarensis, contra Papam Gelasium II. in schismate ab Imp. Henrico V. Augusto, creatus fuit. qui sedit annos aliquot, & à Calisto Papa II. Gelasii II. successore apud Sutrium captus, Pontificatu abdicare coactus est, & in monasterio Cauensi relegatus. 27

Anno Domini MCXIX. IIII. Cal. Februarij Papa Gelasius II. Cluniaci in Gallijs, quo timore Imp. Henrici V. Augusti, confugerat, mortuus est; cadauer eius ibidem sepultum. uacauit sedes dies 2.

CALISTVS II. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCXIX.

SIGNVM CALISTI PAPAE II.

FIRMAMENTVM EST DOMINVS TIMENTIBVS EVM.

163 CALISTVS PAPA II. *Guido antea uocatus, summo loco in Gallijs ortus, Guillelmum Burgundiæ comitem patrem habuit. qui ex Archiepiscopo Viennensi, Cluniaci in Gallijs, ubi Gelasius Papa II. obierat, ab eis Cardinalibus, qui Cluniacum cum Papa Gelasio II. uenerant, Pontifex Maximus renunciatus Calendis Februarij anni MCXIX. ibidem non longe post consecratus, & coronatus est.*
Sedit autem Imp. Cæs. Henrico V. Augusto, annos 5. menses 10. D. 13.

CARDINALES VI. QVI CLVNIACI CALISTVM PAPAM II. ELEGERVNT.

PRESBYTERI CARDINALES II.

PASCHALIS PAPA II.

Ioannes Cremensis Presbyt. Card. tt. S. Chrysogoni.
Guido Presbyter Cardinalis tt. S. Balbinæ.

DIACONI CARDINALES IIII.

VRBANVS PAPA II.

Domnus Gregorius de Papa Diac. Card. S. Angeli.

PASCHALIS PAPA II.

Petrus Petri Leonis SS. Cosmæ, & Damiani.
Chrysogonus Pisanus, S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Cancellarius.
Domnus Roscemanus S. Georgii in Velabro.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini MCXX. Pontificatus II. mense Decembri, Romæ Papa Calistus II. primo creauit Cardinales; qui fuerunt.
Petrus Petri Leonis Romanus, ex Diacono Card. SS. Cosmæ, & Damiani, Presbyter Cardinalis S. Mariæ Transtiberim, tt. Callisti.
Amicus iunior Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hierusalem.

Petrus Fontanis *ortus* Burgundus Gallus, *tt.* S. *Marcelli*.
Benedictus Presbyter Card. tt. S. Clementis.
Gerardus Presbyter Cardinalis tt. S. Priscæ.
Stephanus Diaconus *Card. S. Mariæ in Cosmedin.*
Ioanathas iunior SS. Cosmæ, & Diamiani.
Gregorius Diaconus Card. S. Eustachij.
Domnus *Gaymericus uir illustris* Burgundus Gallus, *canonicus regularis* Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ.

SECVNDA CREATIO.

Anno Domini M C X X I. Pontificatus I I I. *mense* Martio *Papa* Calistus I I. Romæ, *antiquum* Diaconum, Abbatem, & *in* Presbyterum Card. *creauit, is fuit*
Domnus Oderisius *de* Sangro Campanus *monachus,Cassinẽsis, ex* Diacono Cardinale S. Agathæ, Presbyter *Card. tt.* S. Cyriaci *in* Thermis, & Abbas Cassinensis *creatus*.

TERTIA CREATIO CARDINALIVM.

Magister Laborans Diac. Cardinalis S. *Mariæ in porticu.*

Rainerius Papiensis Diac. Card. S. *Georgij in Velabro.*

Theodericus Diaconus Card. S. . . .

ALIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini MCLXXVI. *Pontificatus* XVIII. *mense* Decembri *Papa* Alexander III. *creauit Cardinales, in quibus fuerunt hi*

Frater Guillelmus Papiensis ex Presbytero, Episcopus Card. Portuensis & S. *Rufinæ.*

Manfredus ex Presbytero Episcopus Card. *Prænestinus.*

ALIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini MCLXXVIII. *Pontificatus* XX. *Papa* Alexander III. *creauit Cardinales, in quibus hi fuerunt*

Theodinus ex Presbytero Episcopus Card. Portuensis, & S. *Rufinæ.*

Petrus Episcopus Cardinalis Tusculanus.

Bernardus Episcopus Cardinalis *Prænestinus.*

Cinthius ex Diacono S. Hadriani, Presbyter Card. tt. S. *Cæciliæ.*

Hugo ex Diacono S. Angeli, Presbyter Card. tt. S. *Clementis.*

Domnus Arduinus canonicus regularis congregationis S. Fridiani de Luca, Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hierusalem.

Matthæus Presbyter Card. tt. S. *Marcelli.*

Magister Gratianus ex subdiacono & scriptore Apostolico, SS. Cosmæ, & Damiani.

Ioannes Diaconus Card. S. Angeli.

Domnus Matthæus Canonicus regularis monasterij S. Fridiani Lucensis Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ.

Bernardus S. *Nicolai in carcere* T*ulliano*.

ALIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini M C L X X I X. *Pontificat*. X X I. *Romæ Papa Alexander* I I I. *creauit Cardinales, in quibus hi fuerunt*

Laborans ex Diacono, Presbyter Card. S. *Mariæ Transtiberim, tt.* S. *Calisti.*

Rainerius Diaconus Card. S. *Hadriani*.

ALIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini M C L X X X. *Pontificatus* X X I I. *Papa Alexander* III. *creauit Cardinales, in quibus hi fuerunt*

Henricus Episcopus Cardinalis Albanus.

Paulus Scholaris Ioannis filius Romanus, Episcopus Card. Prænestinus.

Alexander Papa I I I. *pluribus ordinationibus mensibus Decembri, & alijs factis, multos creauit Cardinales; ex quibus* X X I X. *tantum nomina supersunt, uidelicet Episcoporum* I X. *sed unius ex antiquo Presbytero; Presbyterorum* X I I I. *sed trium ex antiquis Diaconis, & Diaconorum* X.

PRO CANCELLARII ET CANCELLARIVS S.R.E.

Tempore schismatis S. R. E. *sine Cancellario fuit per annos* 18.

M. *Herimannus* S. R. E. *subdiaconus, & Notarius, pro Cancellario ab anno Pontificatus primo ad* V I I.

M. *Gerardus* S. R. E. *notarius, pro Cancellario; anno septimo &* V I I I.

Magister Gratianus, S. R. E. *subdiaconus, & notarius, pro Cancellario ab anno Pontificatus* I X. *ad* X V I I I.

Albertus de Mora Beneuentanus S. R. E. *Presbyter Card. tt.* S. *Laurentij in Lucina, Cancellarius ab anno Pontificatus* X V I I I. *ad obitum Papæ Vrbani* I I I.

Dauterius, S. R. E. *subdiaconus pro Cancellario, absente Alberto Cardinale, & Cancellario anno Pontificatus* X X I I.

Anno Domini M C L X X X I. V I. *Cal. Decembris Romæ obijt Papa Alexander* I I I. *cadauer eius Laterani sepultum est. uacauit sancta Romana sedes diem* 1.

LVCIVS

LVCIVS III. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCLXXXI.

SIGNVM LVCII PAPAE III.

ADIVVA NOS DEVS SALVTARIS NOSTER.

LVCIVS PAPA III. *Hubaldus antea uocatus, natione Tuscus, patria Lucensis, familia Allucingola eius ciuitatis primaria ortus, patrem habuit nomine Bonagiuntam Morlum. hic ex canonico ecclesiae Lucensis ab Innocentio Papa II. Presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis, post ab Hadriano Papa IIII. Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Veliternus creatus fuit. qui mortuo Papa Alexandro III. Romae omnium Cardinalium suffragijs altero post eius obitum die, uidelicet IIII. Cal. Septembris, anni MCLXXXI. Romanus Pontifex renunciatus, proximo die Dominico consecrationis munus, & coronationis insignia suscepit. sedit Imp. Caes. Friderico Ahenobarbo Aug. an. 4. menses 2. diesq; 28.* 172

CARDINALES XXV. VIVI QVANDO LVCIVS III. PAPA CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

INNOCENT. II. ET HADRIAN. IIII.

Hubaldus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, prior Episcoporum.

ALEXANDER PAPA III.

Conradus Episcopus Card. Sabinus.

Theodinus Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinae.

Petrus Episcopus Cardinalis Tusculanus, Vicarius urbis.

Henricus Episcopus Card. Albanus.

Paulus Scholaris Episcopus Card. Praenestinus.

PRESBYTERI CARDINALES X.

HADRIANVS PAPA IIII.

Albertus tt. S. Laurentij in Lucina, S. R. E. Archipresbyter, & Cancellarius.

HADRIAN. IIII. ET ALEXAND. III.

Boso Anglus S. Pudentianae, tt. Pastoris, S. R. E. camerarius.

Ioannes Anagninus tt. S. Marci.

Q

ALEXANDER PAPA III.

Petrus Bonus Veronensis tt. S. *Susannæ.*
Vibianus tt. S. *Stephani in Cœlio monte.*

HADRIAN. IIII. ET ALEX. III.

Cinthius de Papa tt. S. *Cæciliæ.*

ALEXANDER PAPA III.

Hugo Presbyt. Cardinalis. tt. S. *Clementis.*
Domn. Arduinus tt. S. *Crucis in Hierusalem.*
Matthæus Presbyt. Card. tt. S. Marcelli.
Laborans S. *Mariæ Transtiberim, tt. Calisti.*

DIACONI CARDINALES IX.

LVCIVS PAPA II.

Iacinctus S. *Mariæ in Cosmedin,* S. R. E. *Archidiaconus.*

EVGENIVS PAPA III.

Ardicio Reuoltella S. *Theodori.*

ALEXANDER PAPA III.

Hugo Petri Leonis S. *Eustachij.*
Ioannes Diac.Card. S. *Angeli.*
Rainerius Papiensis S. *Georgij in Velabro.*
Magister Gratianus SS. *Cosmæ, & Damiani.*
Domnus Matthæus Diaconus Card. S. *Mariæ Nouæ.*
Bernardus S. *Nicolai in carcere Tulliano.*
Rainerius Diaconus Card. S. *Hadriani.*

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini M C L X X X I I. *Pontificatus* I I. *mense Decembri, Romæ Lucius Papa* I I I. *primo creauit Cardinales; qui fuerunt*
Rainerius Papiensis ex Diacono S. *Georgij in Velabro, Presbyter Card.* SS. *Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij.*
Guillelmus Comes Blesensis Gallus Archiepiscopus Remensis, tt. S. *Sabinæ.*
Hubertus Presbyter Card. tt. SS. *Laurentij, & Damasi.*
Magister Pandulphus Pisanus Presbyter Card. Basilicæ Apostolorum.
Bobo Diaconus Cardinalis S. *Angeli.*
Gerardus Allucingolus Lucensis nepos suus, Diaconus Card. S. *Hadriani post creatus Episcopus Lucensis.*
Octauianus ex subdiacono, S. R. E. *Diac. Card.* SS. *Sergij, & Bacchi.*
Magister Soffredus S. *Mariæ in uia lata.*

Magister Domnus Albinus Mediolanensis *canonicus regularis monasterij* S. *Mariæ de Erescentiaco* Mediolanen. *Diœcesis*, S. *Mariæ nouæ*.

SECVNDA CREATIO CARDINALIVM.

Anno *Domini* M C L X X X I I I I. *Pontificatus* I I. *Feria* I I I I. *cinerum* Veronæ *Papa Lucius* I I I. *iterum creauit Cardinales; qui fuerunt*

Domnus Theobaldus Gallus monachus Cluniacensis, *ex priore monasterij Crispeij Abbas* Cluniacensis, *Episcopus Card.* Ostiensis, & Veliternus.

Domnus Albinus, *ex* Diacono Presbyter *Card. tt.* S. Crucis in Hierusalem.

Magister Melior SS. Ioannis, & Pauli, *tt.* Pammachij, S. R. E. *Camerarius*.

Adelardus ciuis, & canonicus Veronensis Presbyter *Card. tt.* S. Marcelli, *postea Episcopus* Veronensis.

Magister Frater Rollandus *Gallus monachus*, & *electus Abbas* Dolensis, *Diaconus Card.* S. *Mariæ in Porticu*.

Magister Petrus Placentinus Diac. *Card.* S. Nicolai *in carcere* Tulliano.

M. Radulphus *Nigellus Pisanus* Diac. *Card.* S. Georgij *in* Velabro.

Papa Lucius I I I. *duabus ordinationibus mensibus* Decembri, & Februario *factis* X I I I I. *nouos creauit Cardinales, uidelicet* Episcopum I. *Presbyteros* V I I. *sed unum ex antiquo Diacono*, & Diaconos V I I.

Albertus de Mora Beneuentanus Presbyter Card. tt. S. Laurentij *in* Lucina S. R. E. *Cancellarius*.

Magister Hugo, S. R. E. *Notarius*, *pro* Cancellario *forte absente*, *annis* Pontificatus I I. & I I I.

Anno *Domini* M C L X X X V. V I I. *Cal. Decembris*, Veronæ *Lucius Papa* I I I. *mortuus est. cadauer in ecclesia cathedrali* Veronensi *sepultum est*. *uacauit sedes* Romana *dies* 12.

VRBANVS III. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCLXXXV.

SIGNVM VRBANI PAPAE III.

AD TE DOMINE LEVAVI ANIMAM MEAM.

173 VRBANVS PAPA III. *Lambertus antea uocatus, Ioannis filius, Mediolani ex nobili Cribellorum familia natus, ex Archidiacono ecclesiæ Mediolanensis Presbyter Cardinalis ab Alexandro Papa* III. *factus est. mortuo autem Algisio de Pyrouano Archiepiscopo Mediolanensi in eius locum à canonicis omnium consensu suffectus fuit Anno Christi* MCLXXXI. *quumq; quintum iam Pontificatus sui annum ageret, Veronæ post obitum Lucij Papæ* III. *ab eis Cardinalibus, qui Veronæ erant, in eius locum* VI. *Idus Decēbris anni* MCLXXXV. *Romanus Pontifex renunciatus, Dominica proxima Romani Pontificatus diadema suscepit.*

Sedit autem Imp. Cæs. Friderico Ahenobarbo Aug. annum 1. *menses* 10. *& dies* 15.

CARDINALES XXVI. VIVI QVANDO VRBANVS PAPA III. FACTVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

ALEXANDER PAPA III.

* *Conradus Episcopus Card. Sabinus, Prior Episcoporum.*
Theodinus Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.
* *Petrus Episcopus Card. Tusculanus, Vicarius urbis.*
Henricus Episcopus Card. Albanus.
Paulus Scholaris Episcopus Card. Prænestinus.

LVCIVS PAPA III.

Dom. Theobaldus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

PRESBYTERI CARDINALES X.

HADRIANVS PAPA IIII.

Albertus tt. S. Laurentij in Lucina, S. R. E. Archipresbyter, & Cancellarius.

HADRIAN. IIII. ET ALEX. III.

Ioannes Anagninus Presbyter Card. tt. S. Marci.

ALEXANDER PAPA III.

Laborans S. Mariæ Transtiberim tt. Calisti.

LVCIVS PAPA III.

* *Guillelmus Remensis Archiepiscopus, tt. S.Sabinæ.*
Pandulphus Pisanus Basilicæ SS. XII. Apostolorum.
Domnus Albinus tt. S. Crucis in Hierusalem.
Melior SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij, S. R. E. Camerarius.
Adelardus Veronensis tt. S. Marcelli.

DIACONI CARDINALES VIII.

LVCIVS PAPA II.

Iacinctus Bobo S. Mariæ in Cosmedin, S. R. E. Archidiaconus.

EVGENIVS PAPA III.

Ardicio Riuoltella Mediolanen. S. Theodori.

ALEXANRER PAPA III.

Magister Gratianus SS. Cosmæ, & Damiani.

LVCIVS PAPA III.

Bobo Diaconus Card. S. Angeli.
Gerardus Allucingolus S. Hadriani.
Octauianus SS. Sergij, & Bacchi.
Soffredus S. Mariæ in uia lata.
Petrus Placentinus S. Nicolai in carcere Tulliano.
Radulphus S. Georgij in Velabro.

VRBANVS PAPA III. CARDINALES NON CREAVIT.

Albertus tt. S. Laurentij in Lucina, S. R. E. Cancellarius.
Transimundus, S. R. E. Notarius, pro Cancellario absente Alberto, anno Pontificatus primo.

Anno Domini MCLXXXVII. XI. Cal. Nouembris Ferrariæ obijt Vrbanus Papa III. cadauer eius in cathedrali Ferrariensi sepultum est. uacauit sedes dies 6.

GREGORIVS VIII. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCLXXXVII.

SIGNVM GREGORII PAPAE VIII.

DIRIGES ME DOMINE IN VERITATE TVA.

174 GREGORIVS PAPA VIII. *Albertus antea uocatus, natione Samnis, patria Beneuentanus, familia de Mora, nobili, & honorata ortus est. quem Hadrianus Papa IIII. primo Diaconum Cardinalem S. Hadriani, mox Presbyterum tt. S. Laurentij in Lucina creauit; ab Alexandro uero Papa III. S. R. E. Cancellarius, sublato schismate, factus fuit. mortuo autem Vrbano III. Ferrariæ in eius locum IIII. Cal. Nouembris anni MCLXXXVII. Pontifex maximus omnium Cardinalium præsentium suffragijs renunciatus, ibidem paulo post suæ coronationis insignia suscepit.*

Sedit uero Imp. Friderico Cæs. Augusto Abenobarbo, mensem 1. & D. 27.

CARDINALES XXII. VIVI QVANDO GREGORIVS PAPA VIII. FACT. EST.

EPISCOPI CARDINALES V.

ALEXANDER PAPA III.

* *Conradus Episcopus Card. Sabinus, prior Episcoporum.*
* *Petrus Episcopus Card. Tusculanus Vicarius urbis.*
Henricus Episcopus Card. Albanus.
Paulus Scholaris Episcopus Card. Prænestinus.

LVCIVS PAPA III.

Dom. Theobaldus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

PRESBYTERI CARDINALES IX.

HADRIANVS PAPA IIII.

Albertus tt. S. Laurentij in Lucina, S. R. E. Archipresbyter, & Cancellarius.

HADRIAN. IIII. ET ALEX. III.

Ioannes Anagninus tt. S. Marci.

ALEXANDER PAPA III.

Petrus Bonus Veronensis tt. S. Susannæ.
Laborans S. Mariæ Transtiberim tt. Calisti.

LVCIVS PAPA III.

Guillelmus Remorum Archiepiscopus, tt. S. Sabinæ.

Pandulphus Basilicæ SS. XII. Apostolorum.

Dom. Albinus tt. S. Crucis in Hierusalem.

Magister Melior SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij, S.R.E. Camerarius.

Adelardus Veronensis tt. S. Marcelli.

DIACONI CARDINALES VIII.

LVCIVS PAPA II.

Iacinctus S. Mariæ in Cosmedin, S. R. E. Archidiaconus.

ALEXANDER PAPA III.

Gratianus SS. Cosmæ, & Damiani.

LVCIVS PAPA III.

Bobo Diaconus Card. S. Angeli.

Gerardus Lucensis S. Hadriani.

Octauianus SS. Sergij, & Bacchi.

Soffredus S. Mariæ in uia lata.

Petrus Placentinus S. Nicolai in carcere Tulliano.

Radulphus Pisanus S. Georgij in Velabro.

GREGORIVS PAPA VIII. NON CREAVIT CARDINALES.

Gregorio Papa VIII. olim Alberto Cancellario in Papam creato, nullus Cardinalium in eius locum factus est Cancellarius, nec aliquis suffectus, qui pro Cancellario ad tempus esset, sed

Domnus Moyses quidam Lateranensis canonicus regularis, S. R. E. Subdiaconus, ad id munus assumptus est, qui quod Cardinalis non esset, non Cancellarius, ut Cardinales consueuerant se appellare, sed Cancellarij uicem agens dictus est, quia Cardinalis non erat: quum tamen re ipsa ipso Cancellarij munere fungeretur, prouentusq́;, & regalia omnia Cancellarijs dari solita à Pontifice haberet. fuitq́; hic primus, qui post longa tempora, quum non esset Cardinalis, Cancellarij Romanæ ecclesiæ functus sit munere; antea enim non nisi Cardinalibus officium illud demandari consuetum erat, qui (ut diximus) quum non esset Cardinalis, non Cancellarius, ut Cardinales solebant, sed Cancellarij uicem agens, dici uoluit. hinc uice cancellarij origo manauit. uixit, autem, & eo munere functus est sub Gregorio VIII. & Clemente III. Romanis Pontificibus.

Anno Domini MCLXXXVII. VIII. Cal. Ianuarij Pisis in Tuscia obijt Gregorius Papa VIII. cadauer ibidem in cathedrali sepultum. uacauit Romana sedes dies VIII.

CLEMENS III. PONTIFEX MAXIMUS.

ANNO CHRISTI MCLXXXVIII.

SIGNVM CLEMENTIS PAPAE III.

DOCE ME DOMINE FACERE VOLVNTATEM TVAM.

175 CLEMENS PAPA III. Paulus antea uocatus, Romæ ex familia mediocri, quæ Scholaris dicebatur, ortus, patrem habuit nomine Ioannem; quem Episcopum Cardinalem Prænestinum Alexander Papa III. creauit. hic post obitum Gregorij VIII. Pisis in eius locum, pridie Nonas Ianuarij anni MCLXXXVIII. omnium Cardinalium Præsentium notis Pontifex Maximus renunciatus, ibidem die Epiphaniæ suæ coronationis insignia suscepit.

Sedit autem in Apostolica sede, Imp. Cæs. Friderico Ahenobarbo Augusto, annos tres, menses duos, & dies 15.

CARDINALES XXI. VIVI QVANDO CLEMENS PAPA III. FACTVS EST.

EPISCOPI CARDINALES V.

ALEXANDER PAPA III.

* Conradus Episcopus Card. Sabinus, prior Episcoporum.
* Petrus Episcopus Card. Tusculanus, Vicarius urbis.
Henricus Episcopus Cardinalis Albanus.
Paulus Scholaris Episcopus Card. Prænestinus.

LVCIVS PAPA III.

Domnius Theobaldus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

PRESBYTERI CARDINALES VIII.

HADRIAN. IIII. ET ALEX. III.

Ioannes Anagninus tt. S. Marci, S. R. E. Archipresbyter.

ALEXANDER PAPA III.

Petrus Bonus Veronensis tt. S. Susannæ.

Laborans

Laborans S. Mariæ Transtiberim, tt. Calisti.

LVCIVS PAPA III.

* *Guillelmus Remensis Archiepiscopus, tt. S. Sabinæ.*

Pandulphus Pisanus Basilica SS. XII. Apostolorum.

Domnus Albinus tt. S. Crucis in Hierusalem.

Magister Melior SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij, S.R.E. Camerarius.

Adelardus Veronensis tt. S. Marcelli.

DIACONI CARDINALES VIII.

LVCIVS PAPA II.

Iacinctus Bobo S. Mariæ in Cosmedin, S. R. E. Archidiaconus.

ALEXANDER PAPA III.

Gratianus SS. Cosmæ, & Damiani.

LVCIVS PAPA III.

Bobo Diac. Card. S. Angeli.

Gerardus Lucensis S. Hadriani.

Octauianus SS. Sergij, & Bacchi.

Soffredus S. Mariæ in uia lata.

Petrus Placentinus S. Nicolai in carcere Tulliano.

Radulphus S. Georgij in Velabro.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini MCLXXXVIII. *Pontificatus primo, Feria* IIII. *cinerum Romæ Papa Clemens* III. *primo creauit Cardinales; qui fuerunt*

Petrus Placentinus ex Diacono; Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.

. . . Presbyt. Card. tt. S. . . . .

Petrus Presbyter Cardinalis tt. S. Clementis.

Bobo Presbyt. Card. tt. S. Anastasiæ.

Alexius Presbyt. Card. tt. S. Susannæ.

Petrus S. Petri ad Vincula tt. Eudoxiæ.

Iordanus Vrsinus Romanus S. Pudentianæ tt. Pastoris.

Bobo Diac. Card. S. Georgij in Velabro.

Gregorius Galganus de S. Apostolo S. Mariæ in porticu.

Ioannes Felix Romanus S. Eustachij.

Ioannes Malabranca Romanus S. Theodori.

Domnus Bernardus canonicus regularis Monasterij S. Fridiani Lucensis Diaconus Card. S. Mariæ nouæ.

Gregorius S. Mariæ in Aquiro,

SECVNDA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini MCLXXXIX. Pontific. II. Feria IIII. cinerum, Romæ Papa Clemens III. iterum creauit Cardinalem nouum unum, is fuit

Domnus Albinus ex Presbytero, Episcopus Cardinalis Albanus.

Adelardus ex Presbytero Episcopus Veronensis, & Cardinalis Tusculanus.

Bobo ex Diacono Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

Octauianus ex Diacono, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, ac Vicarius Papæ in urbe.

Ioannes Episcopus Viterbiensis, & Tuscanen. Presbyter Card. tt. S. Clementis.

TERTIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini MCXC. Pontific. III. mense Septembri Romæ Papa Clemens III. tertio creauit Cardinales, qui fuerunt

Ioannes de comitibus Signiæ Anagninus, ex Presbytero tt. S. Marci Episcopus Cardinalis Prænestinus.

Petrus Gallocia Romanus Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

Ioannes Felix ex Diacono Presbyter Card. tt. S. Susannæ.

Rufinus Episcopus Ariminensis, tt. S. Praxedis.

Egidius Diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis.

Guido, S. R. E. Diaconus Cardinalis.

Gregorius Diac. Card. SS. Sergij, & Bacchi.

Ioannes, S. R. E. Diaconus Cardinalis.

Gregorius de Monte Carello S. Georgij in Velabro.

Nicolaus, S. R. E. Diaconus Cardinalis.

Gregorius Diac. Card. S. Angeli.

Clemens Papa III. tribus ordinationibus mensibus Februario, & Septembri factis multos creauit Cardinales, ex quibus XXII. nomina extant, uidelicet Episcoporum sex, sed V. ex antiquis Cardinalibus, Presbyterorum IX. sed unius ex antiquo Diacono, & Diaconorũ XIII.

Domnus Moyses Lateranen. canonicus Cancellarij uicem agens.

Anno Domini MCXCI. XV. Cal. Aprilis, Romæ obijt Papa Clemens

III. *cadauer Laterani sepultum. uacauit sedes dies* X.

CAELESTINVS III. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCXCI.

SIGNVM CAELESTINI PAPAE III.

PERFICE GRESSVS MEOS IN SEMITIS TVIS.

CAELESTINVS PAPA III. *Iacinctus antea uocatus*, Pe- 176
tri filius, Romæ *ex familia nobili*, & *honorata* Bobona, *quæ* & *de* Bouensibus *dicebatur, ortus, à* Lucio *Papa* II. *Diaconus Cardinalis* S. *Mariæ in Cosmedin creatus est .mortuo uero Papa Clemente* III. Romæ IIII. *Calendas Aprilis, anni* MCXCI. *ex Archidiacono*, S. R. E. *in eius locum* Romanus Pontifex *omnium Cardinalium suffragijs renunciatus, in die Sancto Paschatis* XVIII. *Cal. Maij apud Basilicam* S. Petri *consecratus*, & *coronatus fuit. sedit autem in Apostolica sede* Imp. *Cæsare* Henrico VI. *Sueuo Augusto, an.* 6. *M.* 9. & *D.* 11.

CARDINALES XXX. VIVI QVANDO CAELESTINVS PAPA III. FACTVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

ALEXANDER PAPA III.

* *Conradus Episcopus Card. Sabinus, prior Episcoporum.*

LVCIVS III. ET CLEM. III.

Domnus Albinus Episcopus Cardinalis Albanus.

* *Adelardus Episcopus Veronensis, & Cardinalis Tusculanus.*

Octauianus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, uicarius urbis.

HADRIAN. IIII. ALEX. III. ET CLEM. III.

Ioannes Anagninus Episcopus Cardinalis Prænestinus.

CLEMENS PAPA III.

Petrus Gallocia Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

PRESBYTERI CARDINALES IX.

LVCIVS PAPA III.

* *Guillelmus Remorũ Archiepiscopus, tt. S. Sabinæ, S. R. E. Archipresbyter.*

Pandulphus Pisanus Basilicæ SS. XII. *Apostolorum.*

Melior SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij, S. R. E. Camerarius.

LVCIVS III. ET CLEM. III.

Petrus Placentinus tt. S. *Cæciliæ*.

CLEMENS PAPA III.

Petrus S. *Petri ad uincula, tt. Eudoxiæ*.
Iordanus S. *Pudentianæ, tt. Pastoris*.
Ioannes Episcopus Tuscanen. & Viterbien. tt. S. *Clementis*.
Ioannes Felix tt. S. *Susannæ*.
Rufinus Episcopus Ariminensis tt. S. *Praxedis*.

DIACONI CARDINALES XV.

LVCIVS PAPA II.

Iacinctus Bobo S. *Mariæ in Cosmedin*, S. R. E. *Archidiaconus*.

ALEXANDER PAPA III.

Gratianus SS. *Cosmæ, & Damiani*

LVCIVS PAPA III.

Gerardus Lucensis S. *Hadriani*.
Soffredus S. *Mariæ in uia lata*.

CLEMENS PAPA III.

Gregorius de Galgano S. *Mariæ in porticu*.
Ioannes Malabranca S. *Theodori*.
Domnus Bernardus S. *Mariæ nouæ*.
Gregorius S. *Mariæ in Aquiro*.
Egidius S. *Nicolai in carcere Tulliano*.
Romanus Diaconus Cardinalis S. . . .
Guido Diac. Cardinalis S. . . .
Gregorius SS. *Sergij, & Bacchi*.
Ioannes, S. R. E. *Diac. Cardinalis*.
Gregorius S. *Georgij in Velabro*.
Gregorius Diac. Card. S. *Angeli*.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini M C X C I. *Pontificatus primo, in Pentecoste, Romæ Cælestinus Papa* III. *creauit Cardinales, qui fuerunt*
Romanus ex Diacono, tt. S. *Anastasiæ*.
Guido ex Diacono, S. *Mariæ Transtiberim, tt. Calisti*.
Domnus Lotharius de comitibus Signiæ Anagninus, canonicus regularis Lateranensis, Diac. Card. SS. *Sergij, & Bacchi*.
Nicolaus Bobo Romanus nepos suus, Diac. Card. SS. *Mariæ in Cosmedin*.

SECVNDA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini MCXCII. *Pontific. primo Romæ Papa* Cælestinus III. *iterum creauit Cardinales; inter quos hi fuerunt,*
Huguccio Presbyt. Card. SS. *Syluestri, & Martini, tt.* Equitij.
Ioannes Presbyter Card. tt. S. *Stephani in monte Cœlio.*

TERTIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini MCXCI. *Pontific.* II. *Romæ Papa Cælestinus* III. *creauit Cardinales, in quibus fuerunt,*
Domnus Rainaldus monachus, & Abbas Caßinenßis, Presbyter Card. tt. SS. *Marcellini, & Petri.*
Cencius Romanus Presbyt. Card. tt. S. *Laurentij in Lucina.*

QVARTA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini MCXCIII. *Pontificatus* III. *Romæ Papa Cælestinus* III. *creauit Cardinales, in quibus hi fuere,*
Soffredus ex Diacono Presbyt. Card. tt. S. *Praxedis.*
Domnus Bernardus canonic. regularis ex Diacono, Presbyter Card. S. *Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.*
Fidantius Presbyter Card. tt. S. *Marcelli.*
Ioannes de S. *Paulo, tt.* S. *Priscæ.*
Gregorius Diac. Card. S. *Angeli.*
Bobo Diaconus Card. S. *Theodori.*
M. *Petrus Capuanus Amalphitanus* S. *Mariæ in uia lata.*
Dom. Cencius Sabellus Romanus canonic. regul. Lateranenßis. Diac. Card. S. *Luciæ in Orphea,* S. R. E. *Camerarius.*
Cælestinus Papa III. *quatuor ordinationibus multos creauit Cardinales, ex quibus* XII. *tantum nomina inuenta, uidelicet Presbyterorum* X. *sed quatuor ex antiquis Diaconis, & Diaconorum sex.*

Egidius Diac. Card. S. *Nicolai in carcere Tulliano, pro Cancellario, ab initio anni Pontificatus primi ad quartum.*
Dom. Cencius Sabellus Diac. Card. S. *Luciæ in Silice, &* S. R. E. *Camerarius, pro Cancellario, ab anno quarto ad finem Pontificatus.*

Anno Domini M C X C V I I I. V I. *Idus Ianuarij Romæ obijt Papa Cælestinus* I I I. *cadauer Laterani sepultum. non uacauit sedes.*

INNOCENTIVS III. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCXCVIII.

SIGNVM INNOCENTII PAPAE III.

FAC MECVM DOMINE SIGNVM IN BONVM.

177 INNOCENTIVS PAPA III. D. *Lotharius antea uocatus natione* Hernicus, *patria* Anagninus, *ex nobilißimo genere comitum Signiæ ortus, patrem habuit nomine* Transimundum, *qui ab ineunte ætate canonicus regularis* Lateranensis *factus, uir miræ euasit probitatis. quumq; etiam uir suorum temporum eruditißimus esset, à Cælestino* Papa I I I. *Diaconus Cardinalis* SS. *Sergij, & Bacchi creatus fuit. quo mortuo, die obitus eius uidelicet* V I. *Idus Ianuarij anni* M C X C V I I I. *omnium Cardinalium consensu,* Romæ Pontifex *Maximus renunciatus, die Cathedræ* S. *Petri, hoc est* V I I I. *Cal. Martij consecratus & coronatus fuit.*

Sedit autem in Apostolica sede, Impp. *Cæsaribus* Othone I I I I. *& Friderico* I I. *Augustis annos* 18. *menses* 6. *diesq;* 9.

CARDINALES XXVIII. VIVI QVANDO INNOCENTIVS PAPA III. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES IIII.

ALEXANDER PAPA III.

* *Conradus Sueuus Germanus Archiepiscopus Moguntinus, & Saltzburgensis, Episcopus Cardinalis Sabinus, prior Episcoporum.*

LVCIVS III. ET CLEM. III.

* *Adelardus Episcopus Veronensis, & Cardinalis Tusculanus.*

Octauianus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, Vicarius urbis.

CLEMENS PAPA III.

Petrus Galloeia Romanus Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

PRESBYTERI CARDINALES XIII.

LVCIVS PAPA III.

* *Guillelmus Archiepiscopus Remorũ, tt. S. Sabinæ, S.R.E. Archipresbyter.*

Pandulphus Presbyter Card. Basilicæ SS. XII. Apostolorum.

LVCIVS III. ET CLEM. III.

Petrus Placentinus tt. S. Cæciliæ.

CLEMENS PAPA III.

Iordanus S. Pudentianæ; tt. Pastoris.
Ioannes Episcopus Tuscanen. & Viterbien. tt. S. Clementis.

CLEM. III. ET CAELEST. III.

Guido S. Mariæ Transtiberim, tt. Calisti.

CAELESTINVS PAPA III.

Huguccio SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitij.
Ioannes tt. S. Stephani in Cœlio monte.
* D. Rainaldus Abbas Caßinensis, tt. SS. Marcellini, & Petri.
Cencius tt. S. Laurentij in Luciua.

LVCIVS III. ET CAELEST. III.

Soffredus Presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis.

CLEM. III. ET CAELEST. III.

Domnus Bernardus S. Petri Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.

CAELESTIN. PAPA III.

Ioannes de Sancto Paulo tt. S. Priscæ.

DIACONI CARDINALES XI.

ALEXANDER PAPA III.

Gratianus SS. Cosmæ, & Damiani, S. R. E. Archidiaconus.

LVCIVS PAPA III.

Gerardus Lucensis S. Hadriani.

CLEMENS PAPA III.

Gregorius de S. Apostolo S. Mariæ in porticu.
Gregorius S. Mariæ in Aquiro.
Gregorius S. Georgij in Velabro.

CAELESTINVS PAPA III.

D. Lotharius comes SS. Sergij, & Bacchi.
Nicolaus Bobo S. Mariæ in Cosmedin.
Gregorius S. Angeli.
Bobo Diac. Card. S. Theodori.
Petrus Capuanus S. Mariæ in uia lata.
D. Cencius Sabellus S. Luciæ in Orphea, S. R. E. Camerarius.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini MCXCVIII. Pontificatus primo, mense Decembri,

Romæ, Innocentius Papa III. *creauit Cardinales, qui fuerunt,*

Hugolinus de comitibus Signiæ Anagninus, nepos, & Capellanus suus, Diaconus Cardinalis S. *Eustachij.*

Gerardus Diaconus Card. S. *Nicolai in carcere Tulliano.*

SECVNDA CREATIONE.

Anno M C X C I X. *Pontificat.* I I. *in Pentecoste, Romæ facta.*

Ioannes Episcopus Tuscanensis, & Viterbien. ex Presbytero factus est Episcopus Card. Albanus.

. . . *Episcopus* Card. *Prænestinus,*

D. *Cencius Sabellus, ex Diacono factus est Presbyter Card.* SS. *Ioannis, & Pauli tt. Pammachij.*

TERTIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini M C C. *Pontific.* I I I. *mense Decembri Romæ Papa Innocentius creauit Cardinales, in quibus fuerunt,*

Gregorius ex Diacono S. *Mariæ in Aquiro Presbyter Card.* S. *Vitalis; tt. Vestinæ.*

Petrus Capuanus ex Diacono S. *Mariæ in uia lata Presbyter Card. tt.* S. *Marcelli.*

Benedictus Presbyter Cardinalis tt. S. *Susannæ.*

Domnus Leo canonicus regularis congregationis S. *Fridiani Lucensis Diac. Card.* S. *Luciæ in Septisolio.*

Matthæus Diaconus Card, S. *Theodori.*

Ioannes de comitibus Signiæ Anagninus nepos suus S. *Mariæ in Cosmedin.*

ALIA CREATIONE.

Anno Christi M C C I. *Pontificatus* I I I I. *mense Decembri, Romæ facta.*

Domnus Leo canonicus regularis ex Diacono S. *Luciæ in Septisolio, factus est, Presbyt. Card. tt.* S. *Crucis in Hierusalem.*

ALIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini M C C V. *Pontificat.* V I I I. *mense Martio, Romæ Papa*

Innocentius III. *creauit Cardinales, in quibus hi fuerunt,*
Ioannes de Sancto Paulo ex Presbytero Episcopus Card. Sabinus.
Nicolaus Episcopus Cardinalis Tusculanus.
Rogerius Presbyter Card. tt. s. Anastasiæ.
Guido Diac. Card. s. Nicolai in carcere Tulliano.
Magister Ioannes ex Subdiacono, & Notario S.R.E. s. Mariæ in uia lata.
Petrus de Mora Beneuentanus Diac. Card. s. Angeli.
Domnus Iacobus Gualla de Bicherijs Vercellēsis Lombardus canonicus regularis s. Petri in cœlo aureo Papiæ V.I.D. s. Mariæ in Porticu.

ALIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini MCCVI. *Pontificatus* IX. *mense Decembri, Romæ Innocentius Papa* III. *creauit Cardinales, in quibus fuerunt hi*
Guido ex Presbytero Cardinale tt. Calisti, Episcopus Card. Prænestinus.
Petrus Sasso Anagninus s. Pudentianæ, tt. Pastoris.
. . . Presbyt. Card. tt. s. . . .
Octauianus ss. Sergij, & Bacchi Diaconus Cardinalis.
Gregorius de Crescentio Romanus s. Theodori.
Ioannes Diac. Card. ss. Cosmæ, & Damiani.
Pelagius s. Luciæ in Septisolio, Diac. Cardinalis.

ALIA CREATIONE.

Anno Christi MCCVII. *Pontificatus* X. *Romæ facta.*
Hugolinus Comes, ex Diacono factus est Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

ALIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini MCCXI. *Pontificatus* XIIII. *Romæ Papa Innocentius* III. *creauit Cardinales, in quibus hi fuerunt*
Benedictus ex Presbytero tt. s. Susannæ, Episcopus Card. Portuensis, & s. Rufinæ.
Pelagius ex Diac. s. Luciæ in Septisolio, Episcopus Card. Albanus.
Domnus Iacobus Gualla, ex Diac. Presbyter Card. ss. Syluestri, & Martini, tt. Equitij.
Ioannes Presbyter Card. tt. s. Praxedis.

Robertus Presbyter Card. tt. S. *Stephani in Cœlio monte.*
Stephanus de Fossa noua Diac. *Card.* S. *Angeli.*
. . . *Diaconus Card.* S. . . ..

ALIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini MCCXIII. Pontificatus XVI. *mense* Decembri, Romæ *Papa* Innocentius III. *creauit* Cardinales, *in quibus hi fuerunt*
Stephanus de Fossa noua,ex Diacono Presbyter Card.Basilicæ Apostolorũ.
Stephanus Anglus Archiepiscopus Cantuariensis,Presbyter Card.tt.S. . . .
Gregorius Pesbyt. Card. tt. S. *Anastasiæ.*
Petrus Presbyter Card. tt. SS. *Laurentij, & Damasi.*
Rainerius Capoccius Viterbiensis Diac. *Card.* S. *Mariæ in Cosmedin.*
Romanus Diaconus Card. S. *Angeli.*
Petrus Diac. Card. S. *Mariæ in Aquiro.*
Bertramus Diac. *Card.* S. *Georgij in Velabro.*

Innocentius Papa III. *multis ordinationibus mense* Decembri, *& alijs mensibus factis, quamplures creauit Cardinales. ex quibus* XXVII. *tantum memoria extat, uidelicet Episcoporum* VII. *ex quibus tres facti ex antiquis Cardinalibus; Presbyterorum* XIII. *sed trium ex antiquis Diaconis, & Diaconorum* XIII.

M. *Rainaldus Papæ Notarius, post Archiepiscopus Achernutinus, Cancellarij uicem agens, annis Pontificatus primo, & secundo.*
M. *Blasius,* S. R. E. *subdiaconus, &* Notarius, *post Episcopus Turritanus, pro Cancellario ab anno tertio, ad finem Quinti.*
M. *Ioannes,* S. R. E. *subdiaconus,&* Notarius, *& paulo post* Diac. *Card.* S. *Mariæ in uia lata, pro Cancellario ab anno* VI. *ad finem Octaui.*
Ionnes comes Anagninus Diac. *Card.* S. *Mariæ in Cosmedin,* S. R. E. *Cancellarius, ab anno* IX. *ad finem* XVI.
M. *Raynaldus Acoluthus, & Capellanus Papæ pro Cancellario,* S. R. E. *ab anni* XVI. *fine ad* XVIII. *partem.*
M. *Thomas,* S. R. E. *subdiaconus, & Notarius electus Neapolitanus pro Cancellario ab anno* XVIII. *ad finem Pontificatus.*

Anno Domini MCXVI. XVII. *Cal. Augusti obijt Papa Innocentius* III. *Perusii: cadauer eius ibidem in ecclesia cathedrali* S. *Laurentij*

sepultum fuit. uacauit sedes Romana tantum diem 1.

HONORIVS III. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCXVI.

SIGNVM HONORII PAPAE III.

PERFICE GRESSVS MEOS IN SEMITIS TVIS.

HONORIVS PAPA III. *Domnus Cencius antea appellatus Haymerici filius, Romæ ex nobili Sabellorum familia ortus, à teneris annis monasterio Lateranensi oblatus, in eo canonicorum regularium institutum professus est. à Cælestino autem Papa III. cuius dum esset Cardinalis œconomus fuerat, Diaconus Cardinalis S. Luciæ in Orphea, & S. R. E. Camerarius, ab Innocẽtio uero Papa III. Presbyter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachij creatus fuit. quo mortuo Perusii, altero post eius obitum die uidelicet XV. Cal. Augusti anni MCCXVI. Pontifex Maximus renunciatus, ibidem non longe post consecratus & coronatus est.* 178
Sedit autem Imp. Cæs. Friderico II. Augusto annos 10. menses 8.

CARDINALES XXI. VIVI QVANDO HONORIVS PAPA III. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES IIII.

INNOCENTIVS PAPA III.

Nicolaus Episcopus Card. Tusculanus, prior Episcoporum.

CLEM. III. CAELEST. III. ET INNOC. III.

Guido Episcopus Cardinalis Prænestinus.

INNOCENTIVS PAPA III.

Hugolinus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.
Pelagius Episcopus Cardinalis Albanus.

PRESBYTERI CARDINALES XI.

CAELESTINVS PAPA III.

Cencius tt. S. Laurentij in Lucina, S. R. E Archipresbyter.

CAELESTIN. III. ET INNOCENT. III.

Cencius Sabellus SS. Io. & Pauli, tt. Pammachij, S. R. E. Camerarius.

INNOCENTIVS PAPA III.

Domnus Leo tt. S. Crucis in Hierusalem.
Petrus Sasso S. Pudentianæ tt. Pastoris.
Dom. Iacobus Gualla SS. Syluestri, & Martini tt. Equitij.
Ioannes Præsbyt. Card. tt. S. Praxedis.
Robertus tt. S. Stephani in monte Cœlio.
Stephanus de Fossa noua, Basilicæ SS. XII. Apostolorum.
Stephanus Anglus Archiepiscopus Cantuarien. tt. S. . . .
Gregorius tt. S. Anastasiæ.
Petrus tt. SS. Laurentij, & Damasi.

DIACONI CARDINALES VI.

INNOCENTIVS PAPA III.

Guido S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Archidiaconus.
Octauianus SS. Sergij, & Bacchi.
Gregorius de Crescentio S. Theodori.
Ioannes SS. Cosmæ, & Damiani.
Rainerius Capoceius S. Mariæ in Cosmedin.
Romanus Diac. Card. S. Angeli.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini MCCXVI. Pontificatus primo, mense Decembri, Romæ Papa Honorius III. creauit Cardinales, in quibus fuerunt hi
Bertrandus Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.
Petrus Episcopus Cardinalis Sabinus.
Bartholomeus Sabellus nepos suus Romanus Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachij.
Magister Thomas de Capua Campanus Presbyter Card. tt. SS. Sabinæ.
Ioannes de Columna Romanus Presbyter Card. tt. S. Praxedis.
. . . Presbyter Cardinalis tt. S. . . .
Stephanus Diac. Card. S. Hadriani.
Egidius Hispanus SS. Cosmæ, & Damiani.
Petrus S. Georgij in Velabro,
Nicolaus Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.

SECVNDA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini MCCXIX. Pontificat. III. Romæ Papa Honorius III. iterum creauit Cardinalem unum; is fuit

Frater Conradus Eginonis de Vrach. Suitonum Dynastæ filius, monachus, & Abbas ordinis Cistertiẽsis, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

TERTIA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini MCCXIX. Pontific. IIII. Romæ mense Nouembri, Papa Honorius III. creauit Cardinalem unum; is fuit

Magister Petrus de Capua Campanus, Presbyter Card. tt. S. . . .

QVARTA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini MCCXX. Pontific. V. mense Decembri Romæ Papa Honorius III. creauit Cardinales, in quibus hi fuerunt,

Guido ex Diacono S. Nicolai in carcere Episcopus Card. Prænestinus.

Oliuerius Saxo Germanus, ex Episcopo Paderburnensi Episcopus Card. Sabinus.

Bartholomæus Presbyter Card. S. Pudentianæ tt. Pastoris.

Papa Honorius III. quatuor ordinationibus, mense Decembri, & alijs factis XIII. creauit Cardinales, uidelicet Episcopos V. sed unum ex antiquo Diacono, Presbyteros V. & Diaconos IIII.

VICECANCELLARII S.R.E. SVB PAPA HONORIO III.

Domnus Rainerius de castro ueteri Tudertinæ diœcesis Vmbrus, canonicus regularis, & Prior S. Fridiani Lucensis diœcesis, S. R. E. Vicecancellarius.

Hic est primus, qui commodiore uocabulo pro Cancellarij uicem agente Vicecancellarius appellatus est. qui anno IIII. Pontificatus, mense Nouembri in Patriarcham Antiochenum consecratus est.

Hic non omittendum, quod antequam hic Patriarcha electus esset, dicebatur Vicecancellarius, quod iam erat ipsius officij nomen: Patriarcha uero creatus, per aliquot quoque dies eo munere functus est, & quum ob Patriarchatus dignitatem amplius non esset Vicecancellarius, Cancellarij uicem agens se uocabat.

Magister Guillelmus, S. R. E. uicecancellarius, ab anno Pontificatus IIII. ad septimi partem.

M. Guido Capellanus, & Notarius Papæ, pro Cancellario, siue Vicecancellario fuit ab anno VII. ad finem Pontificatus.

Anno Domini M C C X X V I I. X V. *Cal. Aprilis Romæ obijt Papa Honorius* I I I. *cadauer in ecclesia S. Mariæ maioris prope Aram præsepis sepultum est. uacauit sedes Romana diem unum.*

GREGORIVS IX. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCXXVII.

SIGNVM GREGORII PAPAE IX.

FAC MECVM DOMINE SIGNVM IN BONVM.

179 GREGORIVS PAPA IX. *Hugolinus antea uocatus, natione Hernicus, patria Anagninus, summo loco de Comitum genere ortus, nepos fuit ex consobrino Innocentij Papæ* I I I. *à quo primo subdiaconus, & Capellanus suus, mox Diaconus Cardinalis S. Eustachij, demum Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus creatus est. mortuo autem Romæ Honorio Papa* I I I. *in eius locum omnium Cardinalium suffragijs altero post eius obitum die uidelicet* X I I I. *Cal. Aprilis anni* M C C X X V I I. *Romanus Pontifex renunciatus* V. *Cal. Aprilis die Paschatis apud Sanctum Petrum suæ coronationis insignia suscepit. Sedit in Apostolica sede Imp. Cæsare Friderico* I I. *Augusto annos* 14. *menses* 4. *& dies* 3.

CARDINALES XVIII. VIVI QVANDO GREGORIVS PAPA IX. FACTVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

INNOCENTIVS PAPA III.

Nicolaus Episcopus Cardinalis Tusculanus, Prior Episcoporum.
Hugolinus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternns.
Pelagius Episcopus Cardinalis Albanus.

HONORIVS PAPA III.

Frater Conradus Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

INNOCENT. III. ET HONOR. III.

Guido Episcopus Cardinalis Prænestinus.

HONORIVS PAPA III.

Oliuerius Saxo Episcopus Cardinalis Sabinus.

PRESBYTERI CARDINALES VI.

INNOCENTIVS PAPA III.

* D. Iacobus Gualla SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitij, S. R. E. Archipresbyter.

Stephanus de Fossa noua, Basilicæ SS. XII. Apostolorum.

* Stephanus Anglus Archiepiscopus Cantuariensis, tt. S. . . .

HONORIVS PAPA III.

Thomas de Capua tt. S. Sabinæ.

Ioannes de Columna, tt. S. Praxedis.

Bartholomæus S. Pudentianæ, tt. Pastoris.

DIACONI CARDINALES VI.

INNOCENTIVS PAPA III.

Octauianus SS. Sergij, & Bacchi, S. R. E. Archidiaconus.

Rainerius Capoccius S. Mariæ in Cosmedin.

Romanus Diac. Card. S. Angeli.

HONORIVS PAPA III.

Stephanus Diac. Card. S. Hadriani.

Egidius Hispanus SS. Cosmæ, & Damiani.

Petrus Diaconus Card. S. Georgij in Velabro.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini MCCXXVII. Pontificatus primo in IIII. temporibus mensis Septembris, Romæ Papa Gregorius ex primo quinque creauit Cardinales, qui fuerunt,

Frater Ioannes de Abbatis uilla, monachus Cluniacensis, Abbas S. Petri de Abbatis uilla, Gallus, ex Archiepiscopo Bisuntino Episcopus Card. Sabinus.

Gaufridus de Castilione Mediolanensis, ex Cancellario ecclesiæ Mediolanen. Presbyter Card. tt. S. Marci.

Magister Sinibaldus de Flisco ex Lauaniæ comitibus Genuensis Ligur, ex S. R. E. uicecancellario Presbyter Card. tt. S. Laurentij in Lucina.

Rainaldus ex comitibus Signiæ Anagninus nepos, & subdiaconus Papæ, Diaconus Card. S. Eustachij.

Otho Candidus alias Blancus de Alerano, ex Marchionibus Montis Ferrati, Casalensis, Lombardus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

SECVNDA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini MCCXXX. Pontific. IIII. Romæ men. Decembri Gre-

gorius Papa I X. *iterum creauit Cardinales, qui fuerunt,*

Magister Dominus Iacobus de Vitriaco de uilla Argentolio, diœcesis Parisiensis Francus Gallus, qui primo fuerat Presbyter parœcialis, post canonicus regularis monasterij S. Mariæ de Oegines in Gallijs, ex Episcopo Achonensi transmare Episcopus Card. Tusculanus.

Stephanus Presbyter Cardinalis S. Mariæ Transtiberim, tt. Calisti, Archipresbyter S. Petri.

Nicolaus Presbyter Cardinalis tt. S. Marcelli.

TERTIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Domini M C C X X X I I I I. *Pontific.* VIII. *mense Decembri, Romæ Papa Gregorius creauit Cardinales: in his fuerunt hi,*

Romanus ex Diacono S. Angeli, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

Rainaldus ex Diacono S. Eustachij Episcopus Card. Ostiēsis, & Veliternus.

Frater Iacobus Gallus monachus Cistertiensis, Abbas SS. Vicentij, & Anastasii ad aquas Salinas extra urbem Episcopus Card. Prænestinus.

R. . . . Diaconus Card. S. Eustachij.

QVARTA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini M C C X L. *Pontific.* X I I I I. *Romæ Papa Gregorius* I X. *creauit Cardinalem unum, is fuit*

Gaufridus ex Presbytero tt. S. Marci Episcopus Card. Sabinus.

Ricardus Hannibaldensis Romanus Diac. Card. S. Angeli.

Papa Gregorius I X. *quatuor ordinationibus mensibus Septembri, & Decembri factis undecim creauit, quod sciamus, Cardinales Episcopos* VI. *ex his unū ex antiquo Diacono, Presbyteros tres, & Diaconos* I I I.

VICECANCELLARII S.R.E. SVB GREGORIO PAPA IX.

Magister Sinibaldus de Flisco Genuensis, auditor literarum contradictarum ab initio Pontificatus ad proximum Septembrem, in quo creatus est Cardinalis.

Magister Martinus Archidiaconus Senensis, ab anno primo ad V.

Magister Bartholomæus ab initio anni sexti ad finem V I I I.

Magister

Magister Guillelmus Notarius Papæ, ab anno nono ad finem XI.
Frater Rainerius ordinis Prædicatorum, ab anno XII. ad XIIII. post factus Episcopus Magalonensis.

Anno Domini MCCXLI. XI. Cal. Augusti Romæ obijt Papa Gregorius IX. cadauer sepultum est in Basilica S. Petri. uacauit, eo mortuo, Romana sedes menses duos, & diem unum.

CAELESTINVS IIII. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCXLI.

CAELESTINVS PAPA IIII. Gaufridus antea uocatus, 180
Mediolani ex nobilissimo genere de Capitaneis Castelioneis ortus, diu canonicus, & Cancellarius ecclesiæ Mediolanensis fuit: quem Gregorius Papa IX. primo Presbyterum Cardinalem tt. S. Marci, deinde Episcopum Cardinalem Sabinum creauit. quo mortuo, iam senex, & ualetudinarius Romæ in eius locum IX. Cal. Octobris, Anni MCCXLI. à Cardinalibus Romanus Pontifex renunciatus, ante coronationem decimo septimo ab electione die ibidem decessit. sedit igitur Imp. Friderico II. Augusto dies 17.

CARDINALES XIII. VIVI QVANDO CAELESTINVS PAPA IIII. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES IIII.

INNOC. III. ET GREGOR. IX.

Romnanus Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ, prior Episcoporum.

GREGORIVS PAPA IX.

Rainaldus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.
* Frater Iacobus Episcopus Card. Prænestinus.
Gaufridus Episcopus Card. Sabinus.

PRESBYTERI CARDINALES IIII.

HONORIVS PAPA III.

Thomas de Capua, tt. S. Sabinæ, S. R. E. Archipresbyter.
Ioannes de Columna tt. S. Praxedis.

GREGORIVS PAPA IX.

Sinibaldus de Flisco, tt. S. Laurentij in Lucina.
Stephanus S. Mariæ Transtiberim, tt. Calisti.

DIACONI CARDINALES V.

INNOCENTIVS PAPA III.

Raincrius Capoceius S. Mariæ in Cosmedin, S. R. E. Archidiaconus.

HONORIVS PAPA III.

Egidius Hispanus SS. Cosmæ, & Damiani.

Petrus Diac. Card. SS. Georgij in Velabro.

GREGORIVS PAPA IX.

* Otho Blancus de Alcrano S. Nicolai in carcere Tulliano.

Ricardus Hannibaldensis S. Angeli.

Anno Domini MCXLI. VII. Idus Octobris Romæ obijt Cælestinus Papa IIII. cadauer in Basilica Sancti Petri sepultum est. uacauit sedes Romana annum unum, menses 8. & dies 14.

LECTORI S.



SVB Innocentio Papa IIII. à quo primum pilei rubri insignibus Cardinales honestati sunt, & deinceps, præter ea, quæ superius habuimus omnium fere Cardinalium obitus diem, annum, & locum habebimus: insuper quo loco unusquisque eorum sepultus fuerit cognoscemus. quæ caussa fecit, ut hanc à superiore partem distinxerim; quum mihi à principio proposuerim hanc seriem secundum maiorem minoremue rerum claritatem, uel obscuritatem, ita in partes secandam esse. Complectitur autem hæc pars annorum LXIII. interuallum, uidelicet usque ad Clementem V. qui trans alpes in Gallias Romanam curiam aduexit.

INNOCENTIVS IIII. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCXLIII.

SIGNVM INNOCENTII PAPAE IIII.

NOTAS FAC MIHI DOMINE VIAS VITAE.



NNOCENTIVS PAPA IIII. *Sinibaldus antea uocatus, natione Ligur, patria Genuensis patre Obizzone ex nobili familia Flisca, & Lauaniæ comitibus ortus fuit. hic primo canonicus fuerat ecclesiæ Cathedralis Parmensis, postea à Gregorio Papa IX. quum esset utriusque iuris consultissimus, Auditor literarum contradictarum, & S. R. E. Vicecancellarius, demum Presbyter Cardinalis tt. S. Laurentij in Lucina creatus est. mortuo autem Cælestino Papa IIII. post longam sedis uacationem, Anagniæ omnium Cardinalium, qui illuc cōuenerant, suffragijs VIII. Calēdas Iulij anni Christi MCCXLIII. Pontifex Maximus renunciatus, ibidem III. Cal. Iulij consecratus, & coronatus est.* 181

Sedit autem in Apostolica sede Imp. Cæsaribus Friderico II. & Conrado eius filio Augustis, annos 11. menses 5. diesq; 14.

CARDINALES X. VIVI QVANDO CREATVS EST INNOCENTIVS PAPA IIII.

EPISCOPI CARDINALES II.

GREGORIVS PAPA IX.

Rainaldus de Comitibus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, Prior.
Frater Iacobus Episcopus Cardinalis Prænestinus.

PRESBYTERI CARDINALES IIII.

HONORIVS PAPA III.

Thomas de Capua tt. S. Sabinæ, S. R. E. Archipresbyter.
Ioannes de Columna tt. S. Praxedis.

GREGORIVS PAPA IX.

Sinibaldus de Flisco tt. S. Laurentij in Lucina.
Stephanus S. Mariæ Transtiberim, tt. Calisti.

DIACONI CARDINALES IIII.

INNOCENTIVS PAPA III.

Raiuerius S. *Mariæ in Cosmediu*, S. R. E. *Archidiaconus*.

HONORIVS PAPA III.

Egidius Hispanus SS. *Cosmæ*, *&* *Diamiani*.

GREGORIVS PAPA IX.

Otho de Alerano S. *Nicolai in carcere Tulliano*.
Ricardus Hannibaldensis S. *Angeli*.

PRIMA CREATIO XII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCXLIIII. *Pontificatus secundo*, *Papa Innocentius* IIII. *Lugduni in concilio Generali*, *in quatuor temporibus aduentus Domini fecit primam* XII. *Cardinalium ordinationem*; *qui fuerunt*
Otho Candidus alias Blancus de Alerano ex Marchionibus Montis Ferrati Casalensis Allobrox, *ex Diacono Cardinale* S. *Nicolai in carcere Tulliano Episcopus Cardinalis Portuensis*, *&* S. *Rufinæ*.
Petrus de Colle medio Gallus ex Archiepiscopo Rothomagensi Episcopus Cardinalis Albanus.
Guillelmus Allobrox, *ex Episcopo Mutinensi Episcopus Cardinalis Sabinus*.
Otho de Castro Rodulphi, *Bituricensis diœcesis Gallus*, *ex Cancellario Parisiensi Episcopus Card*. *Tusculanus*.
Petrus Presbyter Card. *tt*. S. *Marcelli*.
Frater Guillelmus monachus, *&* *Abbas* S. *Facundi*, *Gallus Presbyt*. *Card*. *Basilicæ* SS. XII. *Apostolorum*.
Frater Ioannes monachus Cistertiensis, *tt*. S. *Laurentij in Lucina*.
Frater Hugo de S. *Caro Viennensis diœcesis*, *Burgundus*, *Gallus*, *ordinis prædicatorum*, *Theologus*, *ex priore Prouinciali Franciæ*, *tt*. S. *Sabinæ*.
Gotifredus Castilioneus Mediolanensis, *Diaconus Cardinalis* S. *Hadriani*.
Octauianus Vbaldinus Florentinus, S. *Mariæ in uia lata*.
Petrus Capoceius Romanus Diac. *Card*. S. *Georgij in Velabro*.
Ioannes Caietanus Vrsinus Romanus S. *Nicolai in carcere Tulliano*.
Guillelmus de Flisco ex comitibus Lauaniæ Genuensis, *Papæ nepos*, *Diaconus Cardinalis* S. *Eustachij*.

SECVNDA CREATIO II. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCLII. *Pontificatus* IX. *in quatuor temporibus*

aduentus Domini, Perusii, Papa Innocentius IIII. iterum creauit Cardinales, qui fuerunt

Petrus ex Presbytero Card. tt. S. Marcelli, Episcopus Card. Sabinus.

Iacobus Episcopus Cardinalis Portuensis, & S. Rufinæ.

Othobonus de Flisco ex comitibus Lauaniæ, Genuensis, Papæ nepos, Diaconus Cardinalis S. Hadriani.

TERTIA CREATIO III. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCLIII. Pontificatus X. *mense Decembri* Perusii, Papa Innocentius IIII. *tertio creauit Cardinales. hi fuere*

Stephanus Hungarus *ex Archiepiscopo Strigoniensi* Episc. Card. Prænestinus.

Ioannes Episcopus Cardinalis Sabinus.

Iacobus Sabellus Romanus Diac. *Card.* S. *Mariæ in Cosmedin.*

Papa Innocentius IIII. *tribus ordinationibus mense* Decembri *factis*, XVII. *Cardinales nouos creauit*, *Episcopos uidelicet* VIII. *ex his unus ex antiquis* Diaconis, *Presbyteros* III. & Diaconos VII.

VICECANCELLARII S.R.E. SVB PAPA INNOCENTIO IIII.

Frater Iacobus Boncambius Bononiensis *ordinis predicatorum, anno* Pontificatus *primo, & postea factus est* Episcopus Bononiensis.

Magister Marinus Gallus *Cantor, & Thesaurarius Saresbyriensis, Scholarum magister, ab anno secundo* Pontificatus *ad octauum.*

Magister Guillelmus de Gathadego Parmensis Scholarum magister ab initio anni noni ad finem Pontificatus.

CARDINALES XII. MORTVI SVB PAPA INNOCENTIO IIII.

Thomas de Capua Presbyter *Card. tt.* S. *Sabinæ, obijt Anagniæ anno* MCCXLIII. *Pontificatus primo; ibidem sepultus.*

Frater *Iacobus ordinis Cistertiensis monachus* Episcopus *Card.* Prænestinus, *obijt* Lugduni *anno* MCCXLV. *Pontificatus secundo, ibidem sepultus.*

Ioannes *de Columna* Romanus Presbyter *Card. tt.* S. Praxedis *obijt circa annum Christi* MCCXLV.

Gotefridus Castilioneus Mediolanensis, Diaconus Card. S. Hadriani obijt Lugduni Anno M C C X L V I. Pontific. I I I. ibidem sepultus.

Frater Guillelmus monachus Abbas S. Facundi Presbyt. Card. Basilicæ Apostolorum, obijt Lugduni anno M C C L. Pontific. V I I. ibidem sepultus.

Otho de Alerano ex Marchionibus Montis Ferrati Casalensis, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ, obijt Lugduni anno M C C L I. sepultus ad prædicatores.

Guillelmus Pedemontanus Episcopus Card. Sabinus, obijt Lugduni anno M C C L I. Pontificatus V I I I. sepultus ibidem ad prædicatorum ecclesiam.

Petrus Episcopus Card. Sabinus, obijt Perusii anno M C C L I I. Pontific. I X. ibidem sepultus.

Rainerius Capoceius Viterbiensis, Diaconus Card. S. Mariæ in Cosmedin, & S. R. E. Archidiaconus obijt Viterbij anno M C C L I I. Pontificatus X. sepultus ibidem in ecclesia S. Martini in montibus extra Viterbium; à se constructa, ordinis prædicatorum.

Egidius Hispanus Diaconus Cardinalis SS. Cosmæ, & Damiani, obijt anno M C C L I I I. Pontificatus X.

Petrus de Colle medio Gallus Episcopus Card. Albanus, obijt anno M C C L I I I. Pontificatus X I.

Iacobus Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ, obijt anno Domini M C C L I I I I. Pontificatus X I I.

OBITVS PAPAE INNOCENTII IIII.

Anno Domini M C C L I I I I. V I I. Idus Decembris, obijt Neapoli Papa Innocentius I I I I. cadauer eius ibidem in Cathedrali ecclesia sepultum. uacauit autem eo mortuo Romana sedes dies 13.

Stephanus Presbyter Card. S. Mariæ Transtiberim tt. Calisti, obijt Neapoli altero die post mortem Innocentij Papæ I I I I. uidelicet V I. Idus Decembris anno M C C L I I I I. cadauer ibidem in ecclesia cathedrali sepultum.

ALEXANDER IIII. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCLIIII.

SIGNVM ALEXANDRI PAPAE IIII.

SVSCIPE DOMINE SERVVM TVVM IN BONVM.

ALEXANDER PAPA IIII. *Rainaldus antea appellatus, natione Hernicus, Patria Anagninus, Philippi filius, ex nobili comitum Signiæ familia ortus, Gregorij Papæ IX. nepos fuit; à quo Diaconus Cardinalis primo S. Eustachij, mox Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus creatus est. mortuo uero Papa Innocentio IIII. Neapoli, quum esset Cardinalium Episcoporum prior, XII. Cal. Ianuarij anni Domini MCCLIIII. in eius locum Pontifex Maximus renunciatus, die Natalis Domini consecratus, & coronatus est.* 182

Sedit autem in Apostolica sede, in interregno post mortem Imperatoris Friderici II. annos 6. menses 5. & dies totidem.

CARDINALES XIII. VIVI QVANDO CREATVS EST PAPA ALEXANDER IIII.

EPISCOPI CARDINALES IIII.

GREGORIVS PAPA IX.

Rainaldus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, prior Episcoporum.

INNOCENTIVS PAPA IIII.

Otho Episcopus Card. Tusculanus.

Stephanus Episcopus Card. Prænestinus.

Ioannes Episcopus Card. Sabinus.

PRESBYTERI CARDINALES II.

INNOCENTIVS PAPA IIII.

Frater Ioannes tt. S. Laurentij in Lucina, S. R. E. Archipresbyter.

Frater Hugo Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

DIACONI CARDINALES VII.

GREGORIVS PAPA IX.

Ricardus S. Angeli, S. R. E. Archidiaconus.

INNOCENTIVS PAPA IIII.

Octauianus Diac. Card. S. Mariæ in uia lata.

Petrus S. Georgij in Velabro.

Ioannes Caietanus S. Nicolai *in carcere* Tulliano.
Guillelmus de Flisco S. Eustachij.
Othobonus de Flisco S. Hadriani.
Iacobus Sabellus S.*Mariæ in* Cosmedin.

PAPA ALEXANDER IIII. NON CREAVIT CARDINALES.

VICECANCELLARII S.R.E. SVB PAPA ALEXANDRO IIII.

M. *Guillelmus de Gathadego* Parmensis, *Scholarum magister annis* Pontificatus *primo, & secundo.*

Magister Iordanus Terracinensis, S. R. E. Notarius, *& Subdiaconus, pro* Vicecancellario, *in fine anni secundi.*

Magister Rollandus, S. R. E. Viceancellarius, *in fine anni secundi, & parte tertij.*

Magister Iordanus Terracinensis, *iterum pro* Vicecancellario *in fine anni tertij, &*

Vicecancellarius *ab initio quarti ad finem* Pontificatus.

CARDINALES III. MORTVI SVB ALEXANDRO PAPA IIII.

Ioannes Episcopus Cardinalis Sabinus *obijt primis annis* Pontificatus.

Guillelmus *de* Flisco Genuensis *nepos Papæ* Innocentij IIII. Diaconus Card. S. Eustachij, *obijt* Romæ *anno Christi* MCCLVI. Pontificatus *secundo. cadauer ad* S. Laurentium *extra muros urbis sepultum est.*

Petrus Capoccius Romanus Diac. Card. S. Georgij *in* Velabro, *&* Archipresbyter S. Mariæ *maioris, obijt* Romæ XIII.Cal.Iunij *anno Christi* MCCLIX. Pontificatus V. *cadauer eius in* Basilica S. Mariæ *maioris sepultum est.*

OBITVS PAPAE ALEXANDRI IIII.

Anno Domini MCCLXI. Viterbij VIII. Cal. Iunij *obijt* Papa Alexander IIII.*cadauer ibidem in ecclesia cathedrali* S. Laurentij *sepultum est. uacauit eo mortuo sedes menses 3. & dies 4.*

VRBANVS IIII. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCLXI.

SIGNVM PAPAE VRBANI IIII.

FAC MECVM DOMINE SIGNVM IN BONVM.

VRBANVS PAPA IIII. *Iacobus antea uocatus, natione* 183
Gallus, patria Trecensis, quæ Campaniæ urbs est, humili ac sordido loco natus, eius enim patrem sutorem ueteramentarium fuisse scribunt, ex Patriarcha Hierosolymitano Viterbij à Cardinalibus, quum ut unum ex Cardinalium collegio eligerent adduci non possent, IIII. *Cal. Septembris anni* MCCLXI. *extra eorum collegium existens, Pontifex Maximus creatus est in locum Alexandri Papæ* IIII. *ac pridie Nonas Septembris ibidem consecratus, & coronatus.*

Sedit autem in Apostolica sede in interregno an. 3. *mensem* 1. *&* D. 4.

CARDINALES IX. VIVI QVANDO VRBANVS PAPA IIII. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES II.

INNOCENTIVS PAPA IIII.

Otho Episcopus Cardinalis Tusculanus, prior Episcoporum.
Stephanus Hungarus Episcopus Cardinalis Prænestinus.

PRESBYTERI CARDINALES II.

Frater Ioannes tt. S. Laurentij in Lucina, S. R. E. Archipresbyter.
Frater Hugo tt. S. Sabinæ.

DIACONI CARDINALES V.

GREGORIVS PAPA IX.

Ricardus S. Angeli, S. R. E. Archidiaconus.

INNOCENTIVS PAPA IIII.

Octauianus S. Mariæ in uia lata.
Ioannes Caietanus S. Nicolai in carcere Tulliano.
Othobonus de Flisco S. Hadriani.
Iacobus Sabellus S. Mariæ in Cosmedin.

PRIMA CREATIO VII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCLXI. *Pontificatus primo, mense Decembri, Vrba-*

nus Papa IIII. *Viterbij primo creauit* VII. Cardinales: *hi fuere*
Frater Ioannes *monachus Cistertiensis, ex Presbytero* Card. tt. S. Lau*rentij in* Lucina, *Episcopus* Card. Portuensis, & S. *Rufinæ*.
Henricus . . . *Gallus* V. I. *Doctor, ex* Archiepiscopo Ebredunensi, *Episcopus* Card. *Ostiensis, &* Veliternus.
Guido Grossus de uilla S. *Egidij diœcesis* Narbonensis *Prouincialis*, Gal*lus, ex* Archiepiscopo Narbonensi *Episcopus Card. Sabinus.*
Rodulphus Gallus Episcopus Card. *Albanus.*
Simon . . . *Gallus Presbyt.* Card. SS. *Syluestri, &* Martini, *tt.* Equitij.
Ancherus Trecensis *Gallus, nepos suus, ex* Archidiacono Longoniensi *Presbyter Card. tt.* S. *Praxedis.*
Gotifredus de Alatro, Diac. Card. S. *Georgij in* Velabro.
Vbertus *ex comitibus* . . . *Senensis* Tuscus Diac. *Card.* S. *Eustachij*.

SECVNDA CREATIO VI. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCLXII. *Pontificatus* Anno *secundo, mense Decembris* Vrbanus Papa IIII. Viterbij *iteru creauit* Cardinales: *qui fuerunt*
Guillelmus *de* Brayo *Gallus* Ciuis, & Archidiaconus Remensis, Presbyt. *Card. tt.* S. *Marci.*

Simon de Bria *Campaniæ Senonensis*, *Gallus, ex* Thesaurario *ecclesiæ* S. *Martini* Turonis, *Presbyt.* Card. *tt.* S. *Cæciliæ.*
Guido . . . *Presbyt.* Card. *tt.* S. *Laurentij in* Lucina.
Frater Hannibaldus Hannibaldensis Romanus, *ordinis prædicatorum, lector sacri* Palatij, *Theologus*, Presbyt. *Card.* Basilicæ SS. XII. Apo*stolorum.*
Iordanus *de* Comitibus Terracinensis, *ex* S. R. E. Vicecancellario, Dia*conus* Card. SS. *Cosmæ, &* Damiani.
Matthæus Rubeus Vrsinus Romanus, Diac. *Card.* S. *Mariæ in porticu.*

Papa Vrbanus IIII. *duabus ordinationibus mense* Decembri *factis* XIII. *creauit Cardinales*, Episcopos. *uidelicet* IIII. *sed unum ex antiquo* Presbytero, Presbiteros *sex, &* Diaconos IIII.

VICECANCELLARII S. R. E. SVB VRBANO PAPA IIII.

M. Iordanus Terracinensis *Papæ subdiaconus, annis primo, & secundi parte.*

Magister Michael Tholosanus Gallus ab anni secundi parte ad finem Pontificatus Clementis Papæ IIII.

Magister Frater Hugo de S. Caro, diœcesis Viennensis Burgundus, Gallus, ordinis fratrum prædicatorum Theologus Presbyt. Card. tt. S. Sabinæ, obijt anno Domini MCCLXIIII. XIIII. Calend. Aprilis Vrbe ueteri cadauer Lugdunum translatum ad prædicatorum ecclesiam sepultum est.

OBITVS VRBANI PAPAE IIII.

Anno Domini MCCLXIIII. VI. Nonas Octobris, Perusii obijt Vrbanus Papa IIII. cadauer ibidem in cathedrali ecclesia S. Laurentij sepultum est. uacauit sedes menses 4. & dies duos.

CLEMENS IIII. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCLXV.

SIGNVM CLEMENTIS PAPAE IIII.

FAC MECVM DOMINE SIGNVM IN BONVM.

CLEMENS PAPA IIII. Guido antea uocatus Fulcodij filius, natione Gallus, prouincia Narbonensi, Vico S. Egidij, familiaq; mediocri, quæ Grossa appellabatur, ortus fuit. hic prius uxorem, & filios habuerat, qua mortua, clericus factus est; quumq; esset iureconsultorum peritissimus, regis Francorum à consilijs aliquandiu fuit; cuius studio Episcopus Podiensis primo, deinde Archiepiscopus Narbonensis, post Episcopus Cardinalis Sabinus ab Vrbano Papa IIII. creatus est. quo mortuo, absens, rediens ex Anglica legatione Perusii Nonis Februarij anni MCCLXV. Pontifex Maximus in eius locum renunciatus, Viterbium uenit, ubi VIII. Calendas Martij, die cathedræ S. Petri suæ coronationis insignia suscepit. 184
Sedit autem in interregno annos 3. menses 9. & dies 25.

CARDINALES XXI. QVI VIVI ERANT QVANDO PAPA CLEMENS IIII. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

INNOCENTIVS PAPA IIII.

Otho Episcopus *Card. Tusculanus, prior* Episcoporum.
Stephanus Hungarus Episcopus *Card. Prænestinus.*

INNOCENT. IIII. ET VRBANVS IIII.

Frater Ioannes Episcopus *Card. Portuensis, & S. Rufinæ.*

VRBANVS PAPA IIII.

Henricus Episcopus *Card. Ostiensis, & Veliternus.*
Guido Episcopus Card. Sabinus.
Rodulphus Episcop. *Cardinalis Albanus.*

PRESBYTERI CARDINALES VI.

VRBANVS PAPA IIII.

Simon SS. Syluestri, & Martini tt. Equitij, S. R. E. *Archipresbyter.*
Ancherus Presbyt. Card. tt. S. Praxedis.
Guillelmus tt. S. Marci.
Simon Gallus tt. S. Cæciliæ.
Guido tt. S. Laurentij in Lucina.
Frater Hannibaldus, *Basilicæ SS.* XII. *Apostolorum.*

DIACONI CARDINALES IX.

GREGORIVS PAPA IX.

R*icardus S. Angeli,* S. R. E. *Archidiaconus.*

INNOCENTIVS PAPA IIII.

Octauianus S. Mariæ in uia lata.
Ioannes Caietanus S. Nicolai *in carcere* Tulliano.
Othobonus *de* Flisco S. *Hadriani.*
Iacobus Sabellus S. Mariæ in Cosmedin.

VRBANVS PAPA IIII.

Gotefridus S. Georgij in Velabro.
Vbertus *Diaconus Card. S.* Eustachij.
Iordanus SS. *Cosmæ, &* Damiani.
Matthæus Rubeus *S. Mariæ in porticu.*

CLEMENS PAPA IIII. NON CREAVIT CARDINALES.

M. *Michael* Tholosanus Gallus, S. R. E. Vicecancellarius, *sub Clemente Papa* IIII.

CARDINALES III. MORTVI SVB CLEMENTE PAPA IIII.

Stephanus Hungarus Episcopus *Card. Prænestinus obijt anno* MCCLXVI. *Pontificatus* II.

Henricus Gallus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus V. I. Doctor, obijt anno MCCLXVII. Pontificatus III.

Guido Gallus Presbyt. Card. tt. S. Laurentij in Lucina, obijt anno MCCLXVII.

OBITVS PAPAE CLEMENTIS IIII.

Anno Domini MCCLXVIII. III. Cal. Decembris Viterbij obiit Papa Clemens IIII. cadauer ibidem ad prædicatores sepultum est. uacauit sedes annos 2. menses 9. & diem unum.

Iordanus de Comitibus Terracinensis Diaconus Card. SS. Cosmæ, & Damiani obiit anno MCCLXIX. sede uacante.

Rodulphus Gallus Episcopus Card. Albanus obiit trans mare in Africa apud Tunetum in legatione contra infideles anno MCCLXX. sede uacante per obitum Clementis Papæ IIII.

GREGORIVS X. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCLXXI.

SIGNVM GREGORII PAPAE X.

PERFICE GRESSVS MEOS IN SEMITIS TVIS.

GREGORIVS PAPA X. Theobaldus antea uocatus, Pla- 185
centiæ summo loco ex Vicecomitum gente Mediolano extorre natus est, qui ex Archidiacono Leodiense absens: apud Achon enim tunc in Syria commorabatur, tempus opportunum nauigationis expectans, ut Hierosolymam templum, & sepulcrum Domini uisitaturus traiiceret, post diutinam Cardinalium disceptationem, & longissimum interregnum, extra collegium ipsorum Cal. Septembris anni MCCLXXI. Pontifex Maximus renunciatus est; qui audita, & approbata electione de se facta, Viterbium ueniens, ibidem suæ consecrationis munus, & coronationis insignia suscepit.

Sedit autem in Apostolica sede Imp. Cæsare Rodulpho Augusto annos 4. menses 4. & dies 10.

CARDINALES XV. VIVI QVANDO CREATVS EST PAPA GREGORIVS X.

EPISCOPI CARDINALES II.

INNOCENTIVS PAPA IIII.

Otho Episcopus Cardinalis Tusculanus, prior Episcoporum.

INNOCENT. IIII. ET VRBAN. IIII.

Frater Ioannes Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

PRESBYTERI CARDINALES V.

VRBANVS PAPA IIII.

Simon tt. SS. Syluestri, & Martini, S. R. E. Archipresbyter.
Ancherus Presbyt. Card. tt. S. Praxedis.
Guillelmus de Brayo tt. S. Marci.
Simon de Bria tt. S. Cæciliæ.
Frater Hannibaldus, Basilicæ SS. XII. Apostolorum.

DIACONI CARDINALES VIII.

GREGORIVS PAPA IX.

Ricardus S. Angeli, S. R. E. Archidiaconus.

INNOCENTIVS PAPA IIII.

Octauianus S. Mariæ in uia lata.
Ioannes Caietanus S. Nicolai in carcere Tulliano.
Othobonns de Flisco S. Hadriani.
Iacobus Sabellus S. Mariæ in Cosmedin.

VRBANVS PAPA IIII.

Gotifredus S. Georgii in Velabro.
Vbertus Diac. Card. S. Eustachii.
Matthæus Rubeus S. Mariæ in Porticu.

PRIMA CREATIO V. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCLXXIIII. Pontificatus III. in Pentecoste in concilio Generali Lugdunensi secundo Papa Gregorius X. primo creauit Cardinales Episcopos V. hi fuerunt,
Ioannes Vicecomes Placentinus affinis suus Episcopus Card. Sabinus.
Frater Vicedominus de Vicedominis Placentinus, eius sororis filius, ordinis fratrum minorum, Episcopus Card. Prænestinus.
Magister Ioannes Petrus Iuliani Vlixponensis Lusitanus, Hispanus, Episcopus Card. Tusculanus.
Frater Bonauentura Fidanza Ioannis filius Balneo Regiensis Tuscus Theologus, ex generali ministro ordinis fratrum minorum Archiepiscopus Eboracensis in Anglia, post Episcopus Card. Albanus.
Frater Petrus Tarentasiensis Burgundus Gallus ord. Fratrum prædica-

torum, Theologus, ex Prouinciali Franciæ Archiepiscopus Lugdunensis, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus ac maior Pœnitentiarius.

Papa Gregorius X. una creatione mense Iunio facta V. creauit Episcopos Cardinales.

VICECANCELLARII S.R.E. SVB PAPA GREGORIO X.

Magister Ioannes Lecacornus Placentinus annis primo, & secundo.

M. Lanfrancus Archidiaconus Bergomensis, ab anno III. *Pontificatus Papæ Gregorii X. ad obitum Ioannis Papæ XXI.*

CARDINALES VII. MORTVI SVB PAPA GREGORIO X.

Octauianus Vbaldinus Florentinus Diac. Card. S. Mariæ in uia lata, obijt mense Martio, anno MCCLXXII. *Pontificatus primo.*

Frater Hannibaldus Hannibaldensis Romanus, ordinis Prædicatorũ, Theologus, Presbyt. Card. Basilicæ Apostolorum, obiit anno MCCLXXII. *Pontificatus primo, sepultus Vrbe ueteri ad Prædicatores.*

Otho de Castro Rodulphi Bituricensis diœcesis, Gallus Episcopus Card. Tusculanus, obiit Vrbe ueteri V. Cal. Martii, anno MCCLXXIII. *Pontific.* II. *cadauer ibidem ad Prædicatores sepultum.*

Simon Gallus Presbyter Cardinalis SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitij obiit Lugduni in concilio generali, anno MCCLXXIIII. *Pontific.* III.

Ricardus Hannibaldensis Romanus, S. R. E. Archidiaconus, Cardinalis S. Angeli, pileo rubro à Gregorio Papa X. priuatus, animi dolore paulo post obiit Lugduni in concilio generali, anno MCCLXXIIII.

Frater Ioannes monachus Cistertiensis, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ obiit Lugduni in concilio generali, anno MCCLXXIIII. *Pontificat.* IIII.

Frater Bonauentura de Balneo regio Tuscus, ordinis minorum, Theologus, Episcopus Card. Albanus obiit Lugduni II. *Idus Iulii anno* MCCLXXV. *cadauer ibidem ad minores sepultum. à Xysto uero Papa* IIII. *inter diuos relatus est.*

OBITVS GREGORII PAPAE X.

Anno Domini MCCLXXVI. IIII. *Idus Ianuarij Aretii in Tuscia,*

obijt Gregorius Papa X. cadauer eius ibidem in cathedrali ecclesia sepultum fuit. uacauit, eo mortuo, Romana sedes dies 9.

INNOCENTIVS V. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCLXXVI.

SIGNVM INNOCENTII PAPAE V.

OCVLI MEI SEMPER AD DOMINVM.

186 INNOCENTIVS PAPA V. *frater Petrus antea uocatus, natione Gallus, prouincia Burgundia, patria Tarentasiensis, ordinis fratrum prædicatorum, & magister in Theologia. hic ex priori prouinciali Franciæ primo Archiepiscopus Lugdunensis, mox ante consecrationem Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Veliternus à Papa Gregorio X. Lugduni creatus est; à quo etiam non longe post maior Penitentiarius factus. quo mortuo Aretij in Tuscia, omnium Cardinalium suffragijs* XIII. *Calendas Februarij, anni* MCCLXXVI. *in eius locum Pontifex Maximus renunciatus Romam uenit, ubi die cathedræ S. Petri Apostoli uidelicet* VIII. *Cal. Martij suæ coronationis insignia suscepit.*

Sedit autem in Apostolica sede Imp. Cæs. Rodulpho Haspurgensi Aug. menses quinque, & dies duos.

CARDINALES XIII. VIVI QVANDO PAPA INNOCENTIVS V. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES IIII.

GREGORIVS PAPA X.

Ioannes Episcopus Card. Sabinus prior Eiscoporum.

Frater Vicedominus Episcopus Card. Prænestinus.

Io. Petrus Episcopus Card. Tusculanus.

Frater Petrus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, maior Pœnitentiarius.

PRESBYTERI CARDINALES III.

VRBANVS PAPA IIII.

Ancherus tt. S. Praxedis, S. R. E. Archipresbyter.

Guillelmus de Brayo tt. S. Marci.

Simon

Simon de Bria tt. S. Caeciliae.

DIACONI CARDINALES VI.

INNOCENTIVS PAPA IIII.

Io. Caietanus S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Archidiaconus.
Othobonus de Flisco S. Hadriani.
Iacobus Sabellus S. Mariae in Cosmedin.

VRBANVS PAPA IIII.

Gaufridus S. Georgij in Velabro.
Vbertus Diac. Card. S. Eustachij.
Matthaeus Rubeus S. Mariae in porticu.

PAPA INNOCENTIVS V. NON CREAVIT CARDINALES.

M. Lanfrancus Archidiaconus Bergomensis, S. R. E. Vicecancellarius.

OBITVS INNOCENTII PAPAE V.

Anno Domini MCCLXXVI. X. *Cal. Iulij Romae, obijt Papa Innocentius* V. *cadauer Laterani sepultum. uacauit sedes dies* 19.

Vbertus ex comitibus . . . Senensis Tuscus, Diaconus Cardinalis S. Eustachij obijt anno Domini MCCLXXVI.

HADRIANVS V. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCLXXVI.

SINE SIGNO.

HADRIANVS PAPA V. *Othobonus antea uocatus, natione Ligur, patria Genuensis, ex comitibus Lauaniae, familia nobilissima Flisca ortus, patrem habuit Thedisium fratrem Innocentij Papae* IIII. *à quo ipse Othobonus ex Archidiacono Cantuariensi Diaconus Cardinalis S. Hadriani creatus est. qui post obitum Innocentij* V. *Romae à Cardinalibus in eius locum Pontifex Maximus* IIII. *Idus Iulij anni* MCCLXXVI. *renunciatus, statim ex urbe discedens, Viterbium uenit, ubi ante consecrationem mortuus est. sedit autem mensem unum, & dies nouem.* 187

CARDINALES XI. VIVI QVANDO CREATVS EST PAPA HADRIANVS V.

EPISCOPI CARDINALES III.

GREGORIVS PAPA X.

Ioannes Episcopus Card. Sabinus, prior Episcoporum.
Frater Vicedominus Episcopus Card. Prænestinus.
Io. Petrus Episcopus Card. Tusculanus.

PRESBYTERI CARDINALES III.

VRBANVS PAPA IIII.

Ancherus tt. S. Praxedis, S. R. E. Archipresbyter.
Guillelmus de Brayo tt. S. Marci.
Simon de Bria tt. S. Ceciliæ.

DIACONI CARDINALES V.

INNOCENTIVS PAPA IIII.

Io. Caietanus S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Archidiaconus.
Othobonus de Flisco Diac. Card. S. Hadriani.
Iacobus Sabellus S. Mariæ in Cosmedin.

VRBANVS PAPA IIII.

Gaufridus Diacon. Card. S. Georgij in Velabro.
Matthæus Rubeus S. Mariæ in porticu.

PAPA HADRIANVS V. NON CREAVIT CARDINALES.

M. Lanfrancus Archidiaconus Bergomensis, S. R. E. Vicecancellarius.

OBITVS HADRIANI PAPAE V.

Anno Domini MCCLXXVI. XV. *Cal. Septembris, Viterbij Hadrianus Papa V. ante consecrationem mortuus est, sepultus ibidem ad ecclesiam fratrum minorum. uacauit sedes dies* 25.

X

IOANNES XX. DICTVS XXI. PONTIF. MAX.

ANNO CHRISTI MCCLXXVI.

SIGNVM PAPAE IOANNIS XX.

DIRIGE DOMINE DEVS MEVS IN CONSPECTV TVO VIAS MEAS.

IOANNES PAPA XX. DICTVS XXI. *magister Ioannes Petrus antea uocatus, natione Hispanus, prouincia Lusitania, quæ & Portugallia dicitur, patria Vlixponensis, patrem habuit Iulianum, à quo & Petrus Iuliani appellatus est. hic à Gregorio Papa X. in concilio generali Lugdunensi Episcopus Cardinalis Tusculanus creatus fuit, atque mortuo Hadriano V. Viterbij in eius locum à Cardinalibus Idibus Septembris anni MCCLXXVI. Pontifex Maximus renunciatus XII. Cal. Octobris suæ coronationis insignia suscepit.* 188

Sedit autem in Apostolica sede Imp. Cæs. Rodulpho menses 8. & dies 5.

CARDINALES X. VIVI QVANDO IOANNES XX. PAPA CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES III.

GREGORIVS PAPA X.

Ioannes Episcopus Cardinalis Sabinus, Prior Episcoporum.
Frater Vicedominus Episcopus Card. Prænestinus.
Magister Ioannes Petrus Iuliani Ep. Card. Tusculanus.

PRESBYTERI CARDINALES III.

VRBANVS PAPA IIII.

Ancherus tt. S. Praxedis, S. R. E. Archipresbyter.
Guillelmus de Brayo tt. S. Marci.
Simon de Bria tt. S. Cæciliæ.

DIACONI CARDINALES IIII.

INNOCENTIVS PAPA IIII.

Ioannes Caietanus S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Archidiaconus.
Iacobus Sabellus S. Mariæ in Cosmedin.

VRBANVS PAPA IIII.

Gotifredus de Alatro S. Georgij in Velabro.
Matthæus Rubeus S. Mariæ in porticu.

PAPA IOANNES XX. NON CREAVIT CARDINALES.

Magister Lanfrancus Archidiaconus Bergomensis, S.R.E. Viceca̅cellarius.

OBITVS IOANNIS PAPAE XX.

Anno Domini M C C L X X V I I : X V I. *Cal. Iunij obijt Viterbij Ioannes Papa* X X. *cadauer eius in ecclesia cathedrali sepultum est. uacauit sedes menses* 6. *& dies* 7.

Ioannes Vicecomes Placentinus Episcopus Card. Sabinus, &
Frater Vicedominus de Vicedominis Placentinus, Episcopus Card. Praenestinus mortui sunt anno Domini M C C L X X V I I.

NICOLAVS III. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCLXXVII.

SIGNVM NICOLAI PAPAE III.

MISERERE MEI DEVS, MISERERE MEI.

189 NICOLAVS PAPA III. *Ioannes Caietanus antea uocatus, Romae nobilissimis natalibus, familia uidelicet Vrsina ortus est, qui ex Archidiacono Cardinali* S. R. E. S. *Nicolai in carcere Tulliano, ab Innocentio Papa* I I I I. *factus, & Archipresbytero* S. *Petri, in locum Ioannis* X X. *Cardinalium suffragijs Viterbij* V I I. *Cal. Decembris, anni* M C C L X X V I I. *Pontifex Maximus renunciatus est, atque Romae* V I I. *Cal. Ianuarij, consecrationis munus, & coronationis insignia suscepit.*

Sedit autem in Apostolica sede, Imp. Caes. Rodulpho Habspurgensi Augusto annos duos, menses octo, & dies 22.

CARDINALES VII. VIVI QVANDO PAPA NICOLAVS III. CREATVS EST.

PRESBYTERI CARDINALES III.

VRBANVS PAPA IIII.

Ancherus tt. S. Praxedis, S. R. E. Archipresbyter.

Guillelmus de Brayo tt. S. *Marci.*
Simon de Bria tt. S. *Cæciliæ.*

DIACONI CARDINALES IIII.

INNOCENTIVS PAPA IIII.

Io. Caietanus S. *Nicolai in carcere Tulliano,* S. R. E. *Archidiaconus.*
Iacobus Sabellus S. *Mariæ in Cosmedin.*

VRBANVS PAPA IIII.

Gotifredus de Alatro S. *Georgij in Velabro.*
Matthæus Rubeus S. *Mariæ in porticu.*

PRIMA CREATIO IX. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCLXXVIII. IIII. *Idus Martij,Pontificatus anno primo, Romæ Papa Nicolaus* III. *primo nouem creauit Cardinales. hi fuerunt*

Philippus ex Episcopo Firmano Episcopus Card.Prænestinus.

Ordeonius Episcopus Cardinalis Tusculanus.

Frater Bentiuenga de Bentiuengis de Aquasparta,Tudertinæ diœcesis,Vmbrus,ordinis minorum,Theologus capellanus,& confessor suus,ex Episcopo Tudertino Episcopus Cardinalis Albanus,& maior Pœnitentiarius.

Frater Latinus Malabranca Romanus, eius sororis filius, ordinis fratrum prædicatorum V. I. *Doctor, & magister in Theologia, ex priore* S. *Sabinæ Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.*

Frater Robertus Biliberi Anglus ordinis prædicatorum Theologus, ex Prouinciali Angliæ Archiepiscopus Cantuariensis, & Primas Anglorum, Episcopus Cardinalis Portuensis, & S. *Rufinæ.*

Gerardus Blancus de uilla Gainaco diœcesis Parmensis V. I. *Doctor,ex canonico Parmensi Presbyter Card. Basilicæ* SS. XII. *Apostolorum.*

Frater Hieronymus Asculanus Picenus ordinis fratrum minorum IX. *Generalis minister,Theologus, Presbyt. Card.*S. *Pudentianæ tt. Pastoris.*

Iordanus Vrsinus Romanus eius,frater, ex laico Diac.Card. S. *Eustachij.*

Iacobus Columna Romanus, ex Archidiacono Pisanæ ecclesiæ Diaconus Card. S. *Mariæ in uia lata.*

Papa Nicolaus II I. *ordinatione una mense Martio facta, nouem creauit Cardinales, Episcopos* V. *Presbyteros* II. *Diaconos totidem.*

Magister Petrus Peregrossus Mediolanensis, S. R. E. *Vicecancellarius ab*

initio Pontificatus Papæ Nicolai III. ad principium Pontificatus Papæ Nicolai IIII.

CARDINALES DVO MORTVI SVB NICOLAO PAPA III.

Philippus Episcopus Card. Prænestinus, obijt circa annum Christi MCCLXXIX.

Frater Robertus Biliberi Anglus, ordinis prædicatorũ, Theologus, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ, obijt Viterbij anno MCCLXXX. *Pontificatus II. cadauer ad prædicatores sepultum.*

OBITVS PAPAE NICOLAI III.

Anno Domini MCCLXXX. XVIII. *Cal. Septembris, Nicolaus Papa III. obijt in castro Suriani diœcesis Viterbiensis. cadauer Romam portatum, in Basilica S. Petri sepultum est. uacauit Romana sedes menses sex, & dies totidem.*

MARTINVS II. DICTVS IIII. PONT. MAXIM.

ANNO CHRISTI MCCLXXXI.

SIGNVM MARTINI PAPAE II.

PORTIO MEA DOMINE SIT IN TERRA VIVENTIVM.

190 MARTINVS PAPA II. DICTVS IIII. *Simon antea uocatus, natione Gallus, prouincia Campania, oppido Bria Senonensis diœcesis, humili loco natus, ex canonico, & Thesaurario ecclesiæ S. Martini Turonis Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ ab Vrbano Papa IIII. factus fuit. qui mortuo Nicolao Papa III. Viterbij à Cardinalibus in eius locum Pontifex Maximus* VIII. *Cal. Martij anni* MCCLXXXI. *creatus, apud Vrbem ueterem* X. *Cal. Aprilis consecratus, & coronatus est.*

Sedit autem in Apostolica sede Imp. Cæs. Rodulpho, annos 4. *mensem* 1. *& dies* 7.

CARDINALES XIII. VIVI. QVANDO MARTINVS PAPA II. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES III.

NICOLAVS PAPA III.

Ordeonius Episcopus Card. Tusculanus prior Episcoporum.
Frater Bentiuenga Episcopus Card. Albanus maior Pœnitentiarius.
Frater Latinus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

PRESBYTERI CARDINALES V.

VRBANVS PAPA IIII.

Ancherus tt. S. Praxedis, S. R. E. Archipresbyter.
Guillelmus de Brayo tt. S. Marci.
Simon de Bria tt. S. Cæciliæ.

NICOLAVS PAPA III.

Gerardus Blancus Basilicæ Apostolorum.
Frater Hieronymus S. Pudentianæ tt. Pastoris.

DIACONI CARDINALES V.

INNOCENTIVS PAPA IIII.

Iacobus Sabellus S. Mariæ in Cosmedin, S. R. E. Archidiaconus.

VRBANVS PAPA IIII.

Gotifredus S. Georgij in Velabro.
Matthæus Rubeus Vrsinus S. Mariæ in porticu.

NICOLAVS PAPA III.

Iordanus Vrsinus S. Eustachij.
Iacobus de Columna S. Mariæ in uia lata.

PRIMA CREATIO VII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCLXXXI. Pontificatus primo X. Cal. Aprilis apud Vrbem ueterem. Martinus Papa II. primo creauit septem Cardinales, qui fuerunt
Gerardus Blancus de Gainaco diœcesis Parmensis, ex Presbytero Cardinale SS. XII. Apostolorum Episcopus Cardinalis Sabinus.
Frater Hieronymus Asculanus ordinis minorum, ex Presbytero Cardinale, S. Pudentianæ tt. Pastoris Episcopus Card. Prænestinus.
Bernardus de Anguiscello Gallus, ex Archiepiscopo Arelatensi Episcopus Cardinalis Portuensis, & S. Rufinæ.
Hugo Atrattus Anglus Presbyt. Card. tt. S. Laurentij in Lucina.
Geruasius Giancolctus de Clincamr. Cœnomanensis, Gallus, Presbyt. Card.

SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitij.
Gaufridus de Barbo Burgundus Gallus, Presbyt. Card. tt. S. Susannæ.
Ioannes Cioletti Gallus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.
Comes de Casate Mediolanensis tt. SS. Marcellini, & Petri.
Benedictus Caietanus Anagninus Diac. Car. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Papa Martinus I I. una creatione mense Martio facta, septem nouos creauit Cardinales, Episcopos uidelicet tres, sed duos ex antiquis Presbyteris, Presbyteros quinque, & Diaconum unum.

M. Petrus Peregrossus Mediolanensis, S. R. E. Vicecancellarius.

Anno Domini MCCLXXXII. III. Cal. Maij obijt Vrbe ueteri Guillelmus de Brayo Gallus Presbyter Card. tt. S. Marci, Cadauer ad prædicatores sepultum est.

OBITVS MARTINI PAPAE IIII.

Anno Domini MCCLXXXV. V. Cal. Aprilis, Perusii obijt Papa Martinus I I. cadauer eius in ecclesia cathedrali S. Laurentij sepultum est. uacauit sedes Romana dies tres.

HONORIVS IIII. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCLXXXV.

SIGNVM HONORII PAPAE IIII.

PARS MEA DEVS IN SAECVLA.

191 HONORIVS PAPA IIII. Iacobus antea uocatus, Romæ summo loco, ex gente Sabella ortus, patrem habuit Lucam uirum in urbe primarium, & sæpe senatorem. hic ex Archidiacono Cardinale S. R. E. S. Mariæ in Cosmedin ab Innocentio Papa IIII. facto, iam senex in locum Martini Papæ I I. Perusii à Cardinalibus Calendis Aprilis anni MCCLXXXV. Pontifex Maximus creatus est; qui mox Romam ueniens ante Basilicam S. Petri XVII. Cal. Maij suæ coronationis insignia suscepit.

Sedit

Sedit Imp. Caes. Rodulpho annos duos, & dies totidem.

CARDINALES XVIII. VIVI QVANDO HONORIVS PAPA IIII. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

NICOLAVS PAPA III.

Ordeonius Episcopus Card. Tusculanus, prior Episcoporum.
Frater Bentiuenga Episcopus Card. Albanus maior Poenitentiarius.
Frater Latinus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

NICOLAVS III. ET MARTIN. II.

Gerardus Blancus Episcopus Card. Sabinus.
Frater Hieronymus Episcopus Card. Praenestinus.

MARTINVS PAPA II.

Bernardus Episcopus Cardinalis Portuensis, & S. Rufinae.

PRESBYTERI CARDINALES VI.

VRBANVS PAPA IIII.

Ancherus tt. S. Praxedis, S. R. E. Archipresbyter.

MARTINVS PAPA II.

Hugo tt. S. Laurentij in Lucina.
Geruasius SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitij.
Gaufridus tt. Sanctae Susannae.
Ioannes tt. S. Caeciliae.
Comes tt. S. Marcellini, & Petri.

DIACONI CARDINALES VI.

INNOCENTIVS PAPA IIII.

Iacobus S. Mariae in Cosmedin, S. R. E. Archidiaconus.

VRBANVS PAPA IIII.

Gotifredus S. Georgij in Velabro.
Matthaeus Rubeus S. Mariae in porticu.

NICOLAVS PAPA III.

Iordanus Vrsinus S. Eustachij.
Iacobus de Columna S. Mariae in uia lata.

MARTINVS PAPA II.

Benedictus Caietanus S. Nicolai in carcere Tulliano.

PRIMA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini MCCXXV. *Pontific. primo Romae in quatuor tempo-*

ribus aduentus, Papa Honorius IIII. *unum creauit* Episcopum Car*dinalem, is fuit*

Ioannes Buccamatius Romanus, *affinis suus*, *ex* Archiepiscopo Montis *regalis in Sicilia* Episcopus Card. *Tusculanus*.

Magister Petrus Peregrossus Mediolanensis, S. R. E. Vicecancellarius.

OBITVS HONORII PAPAE IIII.

Anno Domini MCCLXXXVII. III. Nonas Aprilis Romæ *obijt* Papa Honorius IIII. *cadauer ad S.Petrum sepultum est.uacauit eo mortuo sedes* Romana *menses decem*, & *dies* 18.

CARDINALES VIII. MORTVI SVB PAPA HONORIO IIII. ET POST EIVS OBITVM SEDE VACANTE.

Ordeonius Episcopus Card. *Tusculanus obijt* Romæ *anno* MCCLXXXV. *Pontific. primo*..

Ancherus Trecensis Gallus Vrbani Papæ IIII. *nepos*, *Presbyt. Card. tt. S. Praxedis obijt* Romæ *anno* MCCLXXXVI. *Pontific.* II. *Cal.Nouembris. sepultus in titulo suo.*

Comes de Casate Mediolanensis Presbyter *Card.tt.SS.* Marcellini, & Petri, *obijt* Romæ VI. *Idus* Aprilis *anni* MCCLXXXVII. *sede uacante. sepultus* Laterani.

Geruasius Giancoletus de Clicamr. Cœnomanensis Gallus Presbyt. *Cardinalis SS. Syluestri*, & *Martini tt.* Equitij, *obijt* Romæ *anno* MCCLXXXVII. *sede uacante.cadauer sepultum in titulo suo.*

Gaufridus de Barbo Burgundus Gallus Presbyter Cardinalis *tt. S. Susannæ obijt* Romæ *anno* MCCLXXXVII. *sepultus in titulo S. Praxedis*.

Hugo Atrattus Anglus Presbyter Cardinalis *tt. S. Laurentij in Lucina*, *obijt* Romæ *anno* MCCLXXXVII. *sede uacante*.

Gotifredus de Alatro *Diac. Card. S. Georgij in Velabro*, *obijt* Romæ *anno* MCCLXXXVII. *sede uacante*.

Iordanus Vrsinus Romanus Nicolai Papæ III. *frater* Diaconus Cardinalis S. Eustachij, *obijt* Romæ *anno* MCCLXXXVII. *sede uacante.*

NICOLAVS IIII. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCLXXXVIII.

SIGNVM NICOLAI PAPAE IIII.

ILLVMINA FACIEM TVAM SVPER SERVVM TVVM.

NICOLAVS PAPA IIII. *frater* Hieronymus *antea uocatus, natione* Picenus,*patria* Asculanus,*humili loco natus,ab ineunte ætate ordinem fratrum minorum professus, per omnium illius ordinis magistratuum gradus ad* Generalatum *ascendit. quumq; esset eximius in* Theologia *magister,à* Nicolao Papa III. *Presbyter Cardinalis* S. Pudentianæ *tt. Pastoris primo, mox ab eius successore* Martino Papa II. *Episcopus* Card. Prænestinus *creatus est. qui mortuo* Honorio Papa IIII. *Romæ apud sanctam Sabinam in eius locum, omnium Cardinalium suffragijs* VIII. *Calendas Martij anni* MCCLXXXVIII. *Pontifex Maximus renunciatus* VI. *Calendas Martij coronatus fuit. Sedit autem in Apostolica sede* Impp. *Cæsaribus* Rodulpho, & Adolpho *Augustis, annos* 4. *mensem* 1. & *dies* 14. 192

CARDINALES X. VIVI QVANDO NICOLAVS PAPA IIII. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

NICOLAVS PAPA III.

Frater Bentiuenga *Episcopus Card.* Albanus *prior Episcoporum, & maior* Pœnitentiarius.

Frater Latinus *Episcopus Card.* Ostiensis, & Veliternus.

NICOLAVS III. ET MARTINVS II.

Gerardus Blancus *Episcopus Card.* Sabinus.

Frater Hieronymus *Episcopus Card.* Prænestinus.

MARTINVS PAPA II.

Bernardus *Episcopus Card.* Portuensis, & S. Rufinæ.

HONORIVS PAPA IIII.

Ioannes *Episcopus Cardinalis* Tusculanus.

PRESBYTER CARDINALIS I.

MARTINVS PAPA II.

Ioannes Cioletti tt. S. Cæciliæ, S. R. E. Archipresbyter.

DIACONI CARDINALES III.

VRBANVS PAPA IIII.

Matthæus Rubeus S. Mariæ in porticu, S. R. E. Archidiaconus.

NICOLAVS PAPA III.

Iacobus de Columna S. Mariæ in uia lata.

MARTINVS PAPA II.

Benedictus Caietanus S. Nicolai in carcere Tulliano,

PRIMA CREATIO VI. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCLXXXVIII. *Pontificatus primo, in uigilia Pentecostes Romæ Papa Nicolaus* IIII. *primo creauit Cardinales sex, qui fuere*

Berardus . . . Gallus, ex Episcopo . . . Episcopus Cardinalis Prænestinus.

Frater Matthæus de Aquasparta Tudertinæ diœcesis Vmbrus, ordinis fratrum minorum XII. *Generalis minister, Theologus, Presbyter Card. tt. S. Laurentij in Damaso.*

Frater Hugo de Biliomo de Aluernia diœcesis Claromontanæ, Gallus, ordinis prædicatorum, Theologus, lector in conuentu S. Sabinæ Romæ Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Magister Petrus Peregrossus Mediolanensis, ex Vicecancellario, S. R. E. Diaconus Cardinalis S. Georgij in Velabro.

Neapoleo Vrsinus Romanus Diaconus Cardinalis S. Hadriani.

Petrus de Columna Romanus Diaconus Cardinalis S. Eustachij.

Anno Domini MCCXC. *Pontificatus* III. *Romæ, mense Decembri.*

Frater Matthæus de Aquasparta Tudertinus ex Presbytero Cardinale tt. S. Laurentij in Damaso Episcopus Card. Portuensis tt. S. Rufinæ.

Benedictus Caietanus Anagninus, ex Diacono Cardinale S. Nicolai in carcere Tulliano Presbyt. Card. SS. Syluestri, & Martini tt. Equitij.

Petrus Peregrossus Mediolanensis, ex Diacono Card. S. Georgij in Velabro Presbyter Cardinalis tt. S. Marci.

Papa Nicolaus IIII. *duabus ordinationibus mensibus Iunio, & Decembri factis, sex nouos creauit Cardinales, Episcopos duos, Presbyteros* III. *sed unum ex antiquo Diacono, & Diaconos duos.*

Magister Ioannes Gallus Decanus Baiocensis, S. R. E. Vicecancellarius.

CARDINALES III. MORTVI SVB NICOLAO PAPA IIII.

Frater Bentiuenga de Aquasparta ordinis minorum, Episcopus Card. Albanus, & maior Pœnitentiarius obijt Tuderti, VII. Cal. Aprilis anno MCCLXXXIX. Pontificatus II. sepultus ad minores in ecclesia S. Fortunati.

Bernardus de Anguiscello Gallus Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ, obijt Romæ anno MCCXC. Pontificatus III.

Berardus Gallus Episcopus Card. Prænestinus obijt mense Iunio, anno MCCXCI. Pontific. IIII. in legatione Sicula prope Castrum fontis Spoletinæ diœcesis.

OBITVS NICOLAI PAPAE IIII.

Anno Domini MCCXCII. prid. Nonas Aprilis Romæ obijt Nicolaus Papa IIII. sepultus ad S. Mariam maiorem. uacauit sedes annos 2. menses 3. & dies 2.

Ioannes Cioletti Gallus Presbyt. Card. tt. S. Cæciliæ obijt anno Domini MCCXCIII. sede uacante, post obitum Nicolai Papæ IIII.

CAELESTINVS V. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCXCIIII.

SIGNVM CAELESTINI PAPAE V.

* * *

CAELESTINVS PAPA V. *frater Petrus de Morone antea uocatus, natione Samnis, patria Eserina, prior eremi Maiellæ,* 193 *Diœcesis Valuensis, & Sulmonensis in Apulia, ordinis S. Benedicti, congregationis S. Damiani, humili loco natus, uerum uirtute, & Sanctitate celeberrimus fuit. hic absens in eremo Maiellæ, & extra conlegium Cardinalium, quum inter se de futuro Pontifice Cardinales concordes esse non possent, post longam tandem disceptationem, ad suggestionem fratris Latini Episcopi Cardinalis Ostiensis, qui eius sanctissimam uitam optime nouerat, Nonis Iulij anni MCCXCIIII. Perusi, ubi Cardinales conuenerant, Pontifex Maximus renunciatus, Aquilam uenit, ubi ad se uocatis Cardinalibus, consecrationis munus, &*

coronationis insignia IIII. Cal. Septembris suscepit. Sedit uero Imp. Cæs. Adolpho Augusto, menses 5. & dies 7.

CARDINALES XI. QVI CAELESTINVM V. PAPAM CREAVERVNT.

EPISCOPI CARDINALES IIII.

NICOLAVS PAPA III.

Frater *Latinus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, prior Episcoporum.*

NICOLAVS III. ET MARTINVS II.

Gerardus Blancus Parmensis Episcopus Card. Sabinus.

HONORIVS PAPA IIII.

Ioannes Buccamatius Episcopus Card. Tusculanus.

NICOLAVS PAPA IIII.

Frater Matthæus Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

PRESBYTERI CARDINALES III.

NICOLAVS PAPA IIII.

Frater Hugo tt. S. Sabinæ, S. R. E. Archipresbyter.

MARTINVS II. ET NICOLAVS IIII.

Benedictus SS. Syluestri, & Martini tt. Equitij.

NICOLAVS PAPA IIII.

Petrus Peregrossus tt. S. Marci.

DIACONI CARDINALES IIII.

VRBANVS PAPA IIII.

Matthæus Rubeus S. Mariæ in porticu, S. R. E. Archidiaconus.

NICOLAVS PAPA III.

Iacobus de Columna S. Mariæ in uia lata.

NICOLAVS PAPA IIII.

Neapoleo Vrsinus S. Hadriani.

Petrus de Columna S. Eustachij.

PRIMA CREATIO XII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCXCIIII. Pontificat. primo, in IIII. temporibus Septembris Neapoli Cælestinus Papa V. primo XII. creauit Cardinales, qui fuerunt

Frater Hugo de Biliomo, ex Presbytero Card. tt. S. Sabinæ Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Veliternus.

Beraldus de Bloco Gallus ex Archiepiscopo Lugdunensi, Episcopus Card. Albanus.

Simon . . . Gallus, ex Archiepiscopo Bituricensi Episcopus Card. Prænestinus.

Frater Thomas Aprutius monachus, congregationis S. Damiani tt. S. Cæciliæ.

Frater Petrus de Aquila monachus, & olim Abbas Caßinensis, ex Archiepiscopo Beneuentano Presbyter Cardinalis tt. S. Marcelli.

Ioannes monachi Gallus Presbyt. Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Guillelmus Ferrerius Gallus, Præpositus Maßiliensis, tt. S. Clementis.

Nicolaus Parisiensis Gallus Presbyt. Card. tt. S. Laurentij in Damaso.

Frater Robertus Gallus monachus Cistertiensis S. Pudentianæ tt. Pastoris.

Frater Simon Gallus monachus Cluniacẽsis, prior Charitatis tt. S. Balbinæ.

Landulphus Brancacius Neapolitanus Diacon. Cardinalis S. Angeli.

Guillelmus Lõgus Bergomensis Regis Caroli II. Siciliæ Cancellarius Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Benedictus Caietanus Anagninus Diac. Card. SS. Cosmæ, & Damiani.

Papa Cælestinus V. una ordinatione mense Septembri facta XII. nouos creauit Cardinales uidelicet Episcopos III. sed unum ex antiquo Presbytero, Presbyteros VII. & Diaconos III.

Magister Petrus Valerianus Priuernas, S. R. E. Vicecancellarius.

Anno Domini MCCXCIIII. Pontificatus primo IIII. Idus Augusti.

Perusii obijt Frater Latinus Malabranca ordinis prædicatorum, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus. cadauer Romam portatum, in ecclesia S. Mariæ super Mineruam, ordinis prædicatorum, sepultum est.

Anno Domini MCCXCIIII. Idibus Decẽbris Neapoli Papa Cælestinus V. sponte Pontificatu abdicauit. uacauit sede dies 10.

Biennio post in custodia in arce castri Fumonis mortuus est, XIIII. Cal. Iunij anno MCCXCVI. sepultusq; in monasterio S. Antonij de Ferentino ordinis sui, ante altare maius.

Inter diuos relatus Auinione III. Nonas Maij anni MCCCXIII. à Clemente Papa V.

BONIFACIVS VIII. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCXCIIII.

SIGNVM BONIFACII PAPAE VIII.

DOMINE DEVS IN ADIVTORIVM MEVM INTENDE.

194 BONIFACIVS PAPA VIII. *Benedictus antea uocatus, natione* Hernicus,*patria* Anagninus, *familia* Caietana *nobili*, *& honorata ortus*, Liutfredi *equitis filius*, *&* Alexandri IIII. *Papæ ex nepte pronepos, iuris utriusque peritissimus fuit. hic à* Martino *Papa* II. *Diaconus Card.* S. Nicolai *in carcere* Tulliano, *à* Nicolao *uero Papa* IIII. *Presbyter Card.* SS. *Sylvestri, &* Martini *tt. Equitij creatus est. quum autem* Cælestinus Papa V. *sponte Pontificatu abdicasset,* Neapoli *in eius uiuentis locum omnium Cardinalium suffragijs* VIII. *Calen.* Ianuarij *Pontifex Maximus renunciatus,* Romam *paulo post ueniens, apud* S. Petrum XVI. *Cal.* Februarij *anni* MCCXCV. *suæ coronationis insignia suscepit.*

Sedit autem in Apostolica sede Impp. Cæsaribus Adolpho, *&* Alberto *annos* 8. *menses* 9. *& dies* 19.

CARDINALES XXII. VIVI QVANDO BONIFACIVS PAPA VIII. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

NICOL. III. ET MARTIN. II.

Gerardus Blancus *Episcopus Card.* Sabinus *prior Episcoporum.*

HONORIVS PAPA IIII.

Ioannes Buccamatius *Episcopus Card.* Tusculanus.

NICOLAVS PAPA IIII.

Frater Matthæus *Episcopus Card.* Portuensis, *&* S. Rufinæ.

NICOL. IIII. ET CAELEST. V.

Frater Hugo *Episcopus Card.* Ostiensis, *&* Veliternus.

CAELESTINVS PAPA V.

Berardus Episcopus Card. Albanus.

Simon Episcopus Card. Prænestinus.

PRESBYTERI CARDINALES IX.

MARTIN.

MARTIN. II. ET NICOL. IIII.

Benedictus SS. *Syluestri, & Martini, tt. Equitij*, S. R. E. *Archipresbyter.*

NICOLAVS PAPA IIII.

Petrus peregrossus tt. S. *Marci.*

CAELESTINVS PAPA V.

Frater Thomas Aprutius tt. S. *Caeciliae.*

Frater Petrus Aquilanus tt. S. *Marcelli.*

Ioannes Monachi tt. SS. *Marcellini, & Petri.*

Guillelmus Ferrarius tt. S. *Clementis.*

Nicolaus Parisiensis tt. S. *Laurentij in Damaso.*

Frater Robertus S. *Pudentianae tt. pastoris.*

Frater Simon de Caritate tt. S. *Balbinae.*

DIACONI CARDINALES VII.

VRBANVS PAPA IIII.

Matthaeus Rubeus S. *Mariae in porticu*, S. R. E. *Archidiaconus.*

NICOLAVS PAPA III.

Iacobus de Columna S. *Mariae in uia lata.*

NICOLAVS PAPA IIII.

Neapoleo Vrsinus S. *Hadriani.*

Petrus de Columna S. *Eustachij.*

CAELESTINVS PAPA V.

Landulphus Bracacius S. *Angeli.*

Guillelmus Longus S. *Nicolai in carcere Tulliano.*

Benedictus Caietanus SS. *Cosmae, & Damiani.*

PRIMA CREATIO VI. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCXCV. *Pontificat. primo in* IIII. *temporibus aduentus, Romae Papa Bonifacius primo creauit sex Cardinales, qui fuerunt*

Frater Iacobus Caietanus Anagninus nepos suus, ordinis fratrum minorum Presbyter Card. tt. S. *Clementis.*

Frater Andreas de comitibus Signiae Anagninus affinis suus, pronepos Alexandri Papae IIII. *ordinis minorum, Presbyter Card. qui dignitatem remisit.*

Franciscus Neapolionis Vrsinus Romanus Diac. Card. S. *Luciae in Silice.*

Iacobus Caietanus Anagninus nepos suus, Diac. Card. S. *Georgij in Velabro.*

Franciscus Caietanus Anagninus nepos suus Diac. Card. S. *Mariae in Cosmedin.*

Magister Petrus Valerianus Priuernas, ex S. R. E. Vicecancellario Diaconus Cardinalis S. Mariæ nouæ.

SECVNDA CREATIO VI. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCXCVIII. Pontificat. IIII. Dominica prima aduentus Romæ Papa Bonifacius VIII. iterum creauit Cardinales; qui fuerunt

Consaluus Hispanus, ex Archiepiscopo Toletano Episcopus Cardinalis Albanus.

Theodericus Vrbeuetanus, tt. S. Crucis in Hierusalem.

Frater Nicolaus Bocasinus Taruisinus Lombardus Theologus ordinis prædicatorum IX. generalis magister, Presbyt. Card. tt. SS. Sabinæ.

Frater Gentilis de Montefloris, Picenus, ordinis minorum, Theologus, lector sacri Palatij Presbyt. Card. SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitij.

Lucas de Flisco, ex Lauaniæ comitibus, Genuensis, Diacon. Card. S. Mariæ in uia lata.

Magister Ricardus Petronus Senensis V. I. Doctor, ex S. R. E. Vicecancellario Diaconus Cardinalis S. Eustachij.

TERTIA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Iubilei MCCC. Pontific. VI. mense Martio, Romæ Papa Bonifacius VIII. unum Episcopum Cardinalem nouum creauit, is fuit

Theodericus Vrbeuetanus, ex Presbytero Card. tt. S. Crucis in Hierusalem Episcopus Card. ciuitatis Papalis, alias Prænestinus.

Frater Nicolaus Bocasinus, ex Presbytero Card. tt. S. Sabinæ Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

Leonardus Episcopus Cardinalis Albanus.

QVARTA CREATIO DVORVM CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCII. Pontificat. VIII. mense Decembri Romæ Papa Bonifacius VIII. quarto creauit Cardinales, qui fuere

Frater Ioannes de Murro Picenus XIIII. Generalis minister ordinis minorum Theologus, lector sacri Palatij, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

Petrus Hispani Episcopus Cardinalis Sabinus.

Papa Bonifacius V I I. *quatuor ordinationibus, mensibus Martio, & Decembri factis* X V. *creauit Cardinales uidelicet Episcopos* V I. *Presbyteros* I I I. *&* *Diaconos* V I.

VICECANCELLARII S.R.E. SVB BONIFACIO PAPA VIII.

Magister Petrus Valerianus Priuernas, anno primo, & secundi parte.

Magister Ricardus Petronus Senensis, ab anno secundo ad sextum.

Petrus Valerianus Priuernas Diac.Card.S. Mariæ nouæ, iterum anno V I.

D. *Papinianus Taurinas Allobrox, ex canonico regulari monasterij* S. *Andreæ Vercellis Episcopus Parmensis, ab anno* V I I. *ad finem Pontificatus Benedicti Papæ* X I.

CARDINALES XVI. MORTVI VEL PRIVATI SVB BONIFACIO PAPA VIII.

Guillelmus Ferrarius Gallus Presbyt. Card. tt. S. *Clementis obijt Romæ Calend. Maij, anno* M C C X C V. *Pontificatus primo.*

Petrus Peregrossus Mediolanensis Presbyt. Card. tt. S. *Marci obijt Romæ* I X. *Calendas Augusti, anno* M C C X C V. *sepultus in ecclesia* S. *Mariæ de Capitolio, alias de Aracœli.*

Frater Simon Gallus monachus Cluniacensis prior monasterij Charitatis, Presbyt. Card. tt. S. *Balbinæ obijt Romæ anno* M C C X C V I. *Pontificatus* I I. *cadauer in Titulo* S. *Martini in Montibus sepultum est.*

Benedictus Caietanus Anagninus nepos Papæ Bonifacij, Diacon. Cardinal. SS. *Cosmæ, & Diamiani, obijt Romæ* I I I. *Idus Octobris anni* M C C X C V I. *cadauer in Basilica* S. *Petri sepultum est.*

Iacobus de Columna Romanus Diac. Card. S. *Mariæ in uia lata, & Petrus de Columna Romanus nepos suus, Diac. Card.* S. *Eustachij, priuati fuerunt Cardinalatu, & omnibus ecclesiasticis dignitatibus* V I. *Idus Maij, anno* M C C X C V I I. *Pontificatus* I I I. *Reate, ubi curia Romana residebat.*

Berardus de Blocho Gallus Episcopus Cardinalis Albanus obijt in Gallijs, in legatione, anno M C C X C V I I. *Pontificatus* I I I.

Simon Gallus Episcopus Card. Prænestinus obijt in legatione Gallica anno M C C X C V I I. *Pontificatus* I I I.

Frater Hugo de Biliomo de Aluernia Claromontanensis diœcesis Gallus or-

dinis prædicatorum, Theologus, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, obijt Romæ I I I. *Cal. Ianuarij, initio anni Christi* MCCXCVIII. *Pontificatus* I I I I. *sepultus in titulo* S. *Sabinæ ante altare maius.*

Nicolaus *Parisiensis Gallus Presbyt. Card. tt. SS. Laurentij, & Damasi obijt Romæ anno Christi* M C C X C V I I I. *Pontificatus* I I I I.

Frater Petrus Aquilanus *monachus Caßinensis Presbyter Card. tt.* S. *Marcelli obijt anno Christi* M C C X C I X. *Pontificatus* V.

Consaluus *Hispanus Episcopus Card. Albanus, obijt Romæ anno* M C C X C I X. *sepultus ad* S. *Mariam maiorem.*

Frater Thomas *Aprutius monachus congregationis* S. *Damiani in Eremo Mayetlæ, Diœc. Sulmonensis tt.* S. *Cæciliæ obijt anno* M C C C. *Pontificatus* V I.

Gerardus Blancus *de uilla Cainaco Diœc. Parmensis, Episcopus Card. Sabinus obijt Romæ Cal. Martij, anno* M C C C I I. *Pontific.* V I I I. *sepultus Laterani.*

Frater Mathæus *de Aquasparta diœcesis Tudertinæ Vmbrus, ordinis Minorum, Episcopus Card. Portuensis, &* S. *Rufinæ obijt Romæ anno* M C C C I I. *Pontific.* V I I I. *sepultus in ecclesia* S. *Mariæ de Aracœli ordinis minorum.*

Frater Andreas *de comitibus Anagninus ordinis minorum, affinis Bonifacij Papæ Presbyt. Card. creatus, sed qui dignitatem respuit, obijt sub Bonifacio Papa* V I I I.

OBITVS PAPAE BONIFACII VIII.

Anno Domini M C C C I I I. V. *Idus Octobris, Romæ obijt* Bonifacius *Papa* V I I I. *cadauer eius ad* S. *Petrum sepultum fuit. uacauit sedes dies* 11.

BENEDICTVS IX. DICTVS XI. PONTIFEX MAX.

ANNO CHRISTI MCCCIII.

SIGNVM BENEDICTI PAPAE IX.

ILLVSTRA FACIEM TVAM SVPER SERVVM TVVM.

BENEDICTVS PAPA IX. DICTVS XI. *frater* Ni- 191
colaus Bocasinus *antea uocatus*, Taruisii *humili, ac pene sordido loco ortus, ordinem prædicatorum adolescens professus, per omnium dignitatum gradus ad ordinis* Magisterium *ascendit: fuit enim primo sacræ* Theologiæ *lector, mox prior localis, deinde prouincialis, postea doctor in* Theologia, *demum ordinis* Magister; *ex quo* Magistratu Presbyter *Cardinalis à* Bonifacio *Papa* VIII. *tt.* S. *Sabinæ factus est, quo mortuo, quum esset* Episcopus *Cardinalis* Ostiensis, *&* Veliternus, Romæ *omnium Cardinalium suffragijs, in eius locum* XI. Cal. Nouembris *anni* MCCCIII. *Pontifex Maximus renunciatus* VI. *Calendas* Nouembris *apud* Basilicam S. Petri *coronatus fuit*.

Sedit autem Imp. Cæs. *Alberto Augusto menses 9. & dies 6.*

CARDINALES XX. VIVI QVANDO CREATVS EST BENEDICTVS PAPA IX.

EPISCOPI CARDINALES VI.

HONORIVS PAPA IIII.

Ioannes *Episcopus Card.* Tusculanus *prior Episcoporum.*

BONIFACIVS PAPA VIII.

Theodoricus *Episcopus Card.* Prænestinus.

Frater Nicolaus *Episcopus Card.* Ostiensis, *&* Veliternus.

Leonardus *Episcopus Cardinalis* Albanus.

Frater Ioannes *Episcopus Card.* Portuensis, *&* S. Rufinæ.

Petrus Hispani *Episcopus Cardinalis* Sabinus.

PRESBYTERI CARDINALES IIII.

CAELESTINVS PAPA V.

Ioannes *tt.* SS. Marcellini, *&* Petri, S. R. E. Archipresbyter.

Frater Robertus S. Pudentianæ *tt.* Pastoris.

BONIFACIVS PAPA VIII.

Frater Iacobus Anagninus tt. S. Clementis.

Frater Gentilis SS. Syluestri, & Martini tt. Equitij.

DIACONI CARDINALES X.

VRBANVS PAPA IIII.

Matthæus Rubeus S. Mariæ in porticu, S. R. E. Archidiaconus.

NICOLAVS PAPA IIII.

Neapoleo Vrsinus S. Hadriani.

CAELESTINVS PAPA V.

Landulphus Brancacius S. Angeli.

Guillelmus Longus S. Nicolai in carcere Tulliano.

BONIFACIVS PAPA VIII.

Franciscus Vrsinus S. Luciæ in Silice.

Iacobus Caietanus S. Georgij in Velabro.

Franciscus Caietanus S. Mariæ in Cosmedin.

Petrus Valerianus S. Mariæ nouæ.

Lucas de Flisco S. Mariæ in uia lata.

Ricardus Petronus S. Eustachij.

PRIMA CREATIO DVORVM CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCIII. Pontificatus primo in IIII. temporibus aduentus Romæ Papa Benedictus primo creauit Cardinales; qui fuerunt,

Frater Nicolaus de Prato Tuscus ordinis prædicatorum, magister in Theologia ex Episcopo Spoletano, & Vicario Papæ in urbe Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

Frater Guillelmus Anglus ordinis prædicatorum Baccalarius Parisiensis, & Theologiæ in Oxonia magister, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ, qui superiori Augusto mortuus fuerat, quo cognito à Papa Benedicto

SECVNDA CREATIONE IN EIVS LOCVM FACTVS EST

Anno Domini MCCCIIII. in capite ieiunij Romæ, Pontifi. anno primo,

Frater Gualterus Anglus ordinis prædicatorum Theologus, confessor regis Angliæ, Presbyter Cardinalis tt. S. Sabinæ.

Papa Benedictus duabus ordinationibus mensibus Decembri, & Februa-

rio factis, tres creauit Cardinales, uidelicet Episcopum unum, & Presbyteros duos.

D. Papinianus *Taurinas Canonic. regularis Episcopus Parmensis,* S.R.E. *Viceccancellarius.*

OBITVS BENEDICTI PAPAE IX. APPELLATI XI.

Anno Domini MCCCIIII. VI. *Cal. Augusti, Perusii obijt Papa Benedictus: cadauer ibidem ad prædicatores sepultum. uacauit, eo mortuo, sedes Romana menses decem, & dies 8.*

CARDINALES MORTVI SVB BENEDICTO PAPA IX. VEL EO MORTVO SEDE VACANTE.

Frater Iacobus Anagninus, nepos Bonifacij Papæ VIII. *ordinis fratrum minorum Presbyt. Card. tt. S. Clementis, obijt anno* MCCCIIII.

Petrus Valerianus Priuernas Diaconus Card. S. Mariæ nouæ obijt Romæ anno MCCCIIII. *sepultus Laterani.*

Obierat quoque sub Bonifacio Papa VIII. *mense Augusto anni* MCCCIII. *in Anglia frater Guillelmus Anglus ordinis prædicatorum, cuius obitum ignorans Benedictus Papa* IX. *eum Presbyterum Cardinalem tt. S. Sabinæ creauit.*

AMICO LECTORI S.



AGNA post hæc habenda est gratia ab omnibus historiæ ecclesiasticæ studiosis Angelo Massarello Sanseuerinati Piceno, Romani Pontificis à secretis, cuius beneficio, & singulari charitate, ut est uir omnium humanissimus, adiutus sum, quum in omni hoc opere conficiendo, tum præsertim in hac parte, quæ eorum Pontificum, & Cardinalium seriem continet; qui absentes ab urbe in Gallijs Auinione commorati sunt: me enim benigne, & amice iuuit, mihiq; multa, quæ ipse in hac materia congregauerat, liberaliter tribuit. nam inter cætera integras Vrbani V. Gregorii XI. Clementis VII. & Benedicti XI. dicti XIII. creationes mihi accommodauit; quarum ita distinctam notitiam antea non habebam. quæ omnia ex bibliotheca Triuulciana, quæ harum rerum locupletissima erat, se habuisse dixit: quum enim multi in hoc labore, cui ego modo extremam manum imposui, desudarint, omnium sine controuersia princeps fuit Augustinus Triuulcius Mediolanensis Diaconus Cardinalis S. Hadriani, qui indefatigabili propemodum studio per uniuersas Italiæ, Galliarum, Hispaniæ, & Germaniæ urbes diligentissime omnia, quæ ad historiam Romanorum Pontificum, & Cardinalium pertinent, conquisiuit, & magnis propositis præmijs conquiri fecit; cuius in tam egregio & laudabili labore, præcipuus & perpetuus comes extitit Antonius Lælius, eius (ni fallor) secretarius, quorum lucubrationibus, & uigilijs præcipue usus sum in ea Romanorum Pontificum, & Cardinalium parte, quæ est ab Vrbano VI. ad Paulum IIII. Pontificem Maximum. Cæterum hæc pars annos continet CXXIIII. uidelicet à Clemente Papa V. usque ad eius Clementis VIII. abdicationem, qui in schismate contra Papam Martinum III. dictum V. in Hispania, post obitum Petri de Luna, Benedicti XIII. uocati, studio regis Arragonum Alphonsi creatus fuerat.

CLEMENS V. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCCV.

SIGNVM CLEMENTIS PAPAE V.

* * *



LEMENS PAPA V. *Raimundus del* 196
Goth antea uocatus, Bertrandi equitis filius, natione Gallus, prouincia Vasconia, quæ ab antiquis Aquitania dicebatur, ex oppido Mihan dran diœcesis Burdegalensis ortus, à Bonifacio Papa VIII. *primo Episcopus Conuennarum, mox Archiepiscopus Burdegalensis creatus fuit; qui post obitum Papæ Benedicti, quum Cardinales inter se concordes esse non possent, ut unum ex suo corpore pontificem orbi darent, post longum nouem mensium, & dierum sex interregnum, absens: in Vasconia enim ad suum Episcopatum Burdegalis commorabatur, & extra collegium Cardinalium, Perusii, in uigilia Pentecostes uidelicet nonis Iunii anno* MCCCV. *Pontifex Maximus omnium Cardinalium suffragiis, & miro Cardinalis Pratensis astu, regi Francorum in hac re gratificari cupientis, renunciatus est: qui audita, & approbata electione sua, Lugdunumq; sequenti Augusto ueniens, omnes ad se ex Italia conuocauit Cardinales, ibiq; in ecclesia S. Iusti, pridie Idus Nouembris eiusdem anni suæ coronationis insignia suscepit.*

Sedit autem in Apostolica sede Impp. Cæsaribus Alberto, & Henrico VII. *Lutcemburgensi Augustis, annos* 8. *menses* 10. *& dies* 16.

Hic toto suo Pontificatu in gratiam regis Francorum in Galliis mansit, quem & eius successores imitantes, omnes ad Gregorium XI. *usque trans montes permanserunt, Auinione Romana sede locata, per annos plus minus* LXX. *non sine graui totius orbis Christiani incommodo.*

CARDINALES XIX. VIVI QVANDO CLEMENS PAPA V. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

HONORIVS PAPA IIII.

Ioannes Buccamatius Episcopus Card. Tusculanus, prior Episcoporum.

BONIFACIVS PAPA VIII.

Theodoricus Vrbeuetanus Episcopus Card. Praenestinus.
Leonardus Episcopus Card. Albanus.
Frater Ioannes Episcopus Card. Portuensis & S. Rufinae.
Petrus Hispani Episcopus Card. Sabinus.

BENEDICTVS PAPA IX.

Frater Nicolaus Pratensis Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

PRESBYTERI CARDINALES IIII.

CAELESTINVS PAPA V.

Ioannes tt. SS. Marcellini, & Petri, S. R. E. Archipresbyter.
Frater Robertus S. Pudentianae, tt. Pastoris.

BONIFACIVS PAPA VIII.

Frater Gentilis SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitij.

BENEDICTVS PAPA IX.

Frater Gualterus tt. S. Sabinae.

DIACONI CARDINALES IX.

VRBANVS PAPA IIII.

Matthaeus Rubeus S. Mariae in porticu, S. R. E. Archidiaconus.

NICOLAVS PAPA IIII.

Neapoleo Vrsinus S. Hadriani.

CAELESTINVS PAPA V.

Landulphus Brancatius S. Angeli.
Guillelmus Longus S. Nicolai in carcere Tulliano.

BONIFACIVS PAPA VIII.

Franciscus Vrsinus S. Luciae in Silice.
Iacobus Caietanus S. Georgij in Velabro.
Franciscus Caietanus S. Mariae in Cosmedin.
Lucas de Flisco S. Mariae in uia lata.
Ricardus Petronus S. Eustachij.

PRIMA XII. CARDINALIVM CREATIO.

Anno Domini MCCCV. *Pontificatus primo, Sabbato* IIII. *temporum Aduentus, uidelicet* XVIII. *Calend. Ianuarij, Lugduni, Clemens Papa V. primo creauit Cardinales* XII. *qui fuerunt*

Petrus Capella Vasco Gallus, Episcopus Tholosanus, Presbyter Card. S. Vitalis, tt. Vestinae.

Berengarius Stedelli Vasco Gallus Episcopus Biterensis, Presbyter Card.

tt. SS. Nerei, & Achillei.

Arnaldus Frangerius *de Cantalupo diœcesis* Burdegalensis, *Vasco*, *Gallus*, *Papæ affinis electus* Archiepiscopus Burdegalensis, *tt.* S. *Marcelli*, & S. R. E. *Camerarius*.

Frater Thomas *Anglus ordinis prædicatorum* Theologus, *Confessor regis Angliæ* Odoardi, *ex prouinciali Angliæ*, Presbyter *Card. tt. S. Sabinæ*.

Frater Nicolaus *Farinula* Rothomagēsis *Gallus*, *ordinis prædicatorũ*, *Theologus*, *cõfessor regis* Francorum *Philippi*, Presbyter *Card. tt.* S. *Eusebij*.

Stephanus Parisiensis Gallus *Archidiaconus* Bituricensis, *Cancellarius regis* Francorum, Presbyter *Card. tt. S. Cyriaci in* Thermis.

Frater Petrus *Arnaldi* Bananēsis Burdegalensis, *Vasco*, *Gallus*, *monachus*, *et Abbas S. Crucis* Burdegalis Presbyt. *Card. tt.* S. *Stephani in Cœlio monte*, *post*, S. R. E. *Vicecancellarius*; *non nisi sequenti anno publicatus*.

Iacobus de Columna Romanus *Diaconus Cardinalis restitutus*.

Petrus de Columna Romanus *Diaconus Cardinalis restitutus*.

Guillelmus Artufarti Burdegalensis *Vasco*, *Gallus*, *Papæ affinis*, *Diaconus Cardinalis* SS. *Cosmæ*, & *Damiani*.

Arnaldus de Pelagrua Burdegalēsis *Vasco*, *Gallus*, *Papæ nepos Diac. Card.* S. *Mariæ in Porticu*.

Raimundus del Goth de Mihandrau Burdegalensis *diœcesis*, *Vasco*, *Gallus*, *Papæ nepos*, *Diaconus Cardinalis* S. *Mariæ nouæ*.

SECVNDA V. CARDINALIVM CREATIO.

Anno Domini MCCCX. *Pontific.* VI. *Sabbato* IIII. *temporum Aduentus*, *uidelicet* XIIII. *Calendas* Ianuarij, *Auinione Papa Clemens* V. *iterum creauit Cardinales*, *qui fuerunt*

Arnaldus Faltuerius *Gallus*, *ex Archiepiscopo Arelatensi Episcopus Card.* Albanus, & S. R. E. *Camerarius*.

Frater Arnaldus Nouelli, *Vasco*, *Gallus*, *monachus Cistertiensis*, & *Abbas* Fontis *frigidi*, S. R. E. *Vicecancellarius*, *Presbyter Card. tt.* S. *Priscæ*.

Leonardus de Guercino Gallus, S. R. E. *Presbyter Cardinalis*.

Raimundus Guillelmi de Fargis Burdegalensis, *Vasco*, *Gallus*, *Papæ sororis filius* Diaconus *Cardinalis*.

Bertrandus de Geraruo Burdegalēsis, *Vasco*, *Gallus*, *Papæ ex consobrina nepos*, *Diac. Cardinalis*, *post Presbyter tt.* S. *Clementis*.

TERTIA NOVEM CARDINALIVM CREATIO.

Anno Domini MCCCXII. Pontificat. VIII. Sabbato IIII. temporum Aduentus Domini XI. Cal. Ianuarij, Auinione, Papa Clemens V. tertio creauit Cardinales; qui fuerunt,

Arnaldus . . . Gallus, ex Archiepiscopo Aquensi Episcopus Card. Albanus.

Guillelmus de Mandagoto, Gallus, ex Episcopo Auinionensi Episcopus Card. Prænestinus.

Iacobus Arnaldi de Ossa Caturcensis, Vasco, Gallus, ex Episcopo Forudiensi Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

Arnaldus de Anxio Gallus, ex Episcopo Pictauensi Episcopus Card. Sabinus.

Frater Guillelmus Petri Godiuus Baionensis, diœcesis Tholosanæ, Vasco, Gallus ordinis prædicatorum Theologus, ex Prouinciali Tholosano Lector sacri Palatij, Presbyt. Card. tt. S. Cæciliæ.

Frater Vitalis de Furno Basatensis, Vasco, Gallus, ordinis minorum Theologus, ex ministro prouinciæ Aquitaniæ Presbyt. Cardinalis SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitij.

Michael de Becco, Gallus, Decanus S. Quintini Presbyt. Cardinalis.

Frater Petrus Gallus monachus, & Abbas S. Seueri Presbyter Cardinalis.

Guillelmus Testa Condouensis Gallus ex laico Diaconus Cardinalis.

EPISCOPI CARDINALES VIII. CREATI A CLEMENTE PAPA V.

Petrus Capella, ex Presbytero tt. S. Vitalis, Episcopus Card. Prænestinus.

Berengarius Stedelli ex Presbytero tt. SS. Nerei, & Achillei, Episcopus Card. Tusculanus.

Arnaldus Faltuerius Episcopus Cardinalis Albanus.

Leonardus de Guercino ex Presbytero Episcopus Card. Albanus.

Arnaldus ex Archiepiscopo Aquensi Episcopus Card. Albanus.

Guillelmus de Mandagoto Episcopus Cardinalis Prænestinus.

Iacobus Arnaldi de Ossa Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

Arnaldus de Anxio Episcopus Cardinalis Sabinus.

Clemens Papa V. tribus ordinationibus mense Decembri factis XXIIII. creauit nouos Cardinales, uidelicet Episcopos VIII. Presbyteros X. & Diaconos VIII. sed in his duos à Bonifacio Papa VIII. priuatos restituit.

VICECANCELLARII S.R.E. SVB PAPA CLEMENTE V.

Frater Arnaldus Nouelli, *Vasco, Gallus, monachus Cistertiensis, & Abbas Fontis frigidi, ab anno* Pontificatus *primo ad* I X. *factus Presbyter Card. tt.* S. *Priscæ.*

Frater Petrus Arnaldi Presbyt. Card. tt. S. *Stephani in Cœlio monte, anno* I X. *paulo ante obitum Papæ creatus.*

CARDINALES XX. MORTVI SVB PAPA CLEMENTE V.

Frater Robertus monachus Cistertiensis Presbyt. Card. S. *Pudentianæ, tt. Pastoris obijt Parmæ, mense Augusto, anno* M C C C V. *Pontificat. primo. cadauer in ecclesia* S. *Martini ordinis sui extra Parmam sepultum est.*

Frater Gualterus Anglus ordinis prædicatorum, obijt Genuæ Calendis Septembris anni M C C C V. *in itinere dum in Galliam proficiscitur. cadauer in Angliam delatum in monasterio ordinis sui sepultum est.*

Matthæus Rubeus Vrsinus Papæ Nicolai I I I. *nepos, Romanus,* S. R. E. *Archidiaconus Cardinalis* S. *Mariæ in porticu, & Archipresbyter* S. *Petri, obijt anno* M C C C V. *Pontificatus primo.*

Theodericus Vrbeuetanus Episcopus Cardinalis Prænestinus, obijt anno M C C C V I. *Pontificatus* I I.

Ioannes monachi Gallus Presbyt. Card. tt. SS. *Marcellini, & Petri, obijt Auinione anno* M C C C V I I. *Pontificatus* I I I.

Stephanus Parisiensis Gallus, Presbyter Card. tt. S. *Cyriaci in Thermis, obijt Auinione anno* M C C C V I I I. *Pontific.* I I I I.

Franciscus Neapolionis Vrsinus Romanus Diac. Card. S. *Luciæ in Silice, obijt Auinione anno* M C C C V I I I. *Pontificatus* I I I I.

Leonardus Episcopus Card. Albanus obijt Auinione anno M C C C V I I I.

Landulphus Brancatius Neapolitanus Diac. Card. S. *Angeli, obijt Auinione eodem anno.*

Ioannes Buccamatius Romanus Episcopus Card. Tusculanus, obijt Auinione mense Iulio anni M C C C I X. *Pontificat.* V.

Arnaldus Frangerius de Cantalupo Burdegalen. diœcesis, Vasco, Gallus, Presbyter Card. tt. S. *Marcelli, &* S. R. E. *camerarius, obijt Auinione anno* M C C C X. *Pontificat.* V I.

Frater Thomas Anglus ordinis prædicatorum, Presbyter Card. tt. S. *Sabinæ, obijt in legationis Italicæ itinere ad Imp. Henricum* V I I. *apud Allobroges anno* M C C C X I. *Pontific.* V I I. *cadauer in Angliam de-*

latum, in monasterio prædicatorum Oxonienſi *ſepultum eſt.*

Petrus Hiſpani *Epiſcopus Card. Sabinus, obijt Auinione anno* M C C C X I. *cadauer* Romam *relatum in Baſilica* S. Petri *ſepultum eſt.*

Arnaldus Faltuerius *Epiſcopus Card.* Albanus, *&* S. R. E. *Camerarius obijt* Auinione *anno* M C C C X I.

Petrus Capella Gallus *Epiſcopus Card.* Præneſtinus *obijt Auinione anno* Domini M C C C X I I. *Pontificatus* V I I I.

Frater Gentilis de Monteflorіs Picenus *ordinis minorum*, Presbyter *Card. tt.* Equitii *obijt Auinione anno* M C C C X I I. *cadauer in* Italiam *relatum* Aſiſii *in eccleſia* S. Franciſci *ſepultum eſt.*

Frater Ioannes de Murro Picenus *ordinis minorum, Epiſcopus Card.* Portuenſis, *&* S. Rufinæ, *obijt Auinione anno* M C C C X I I. *ibidem ad minores ſepultus.*

Leonardus de Guercino, Epiſcopus Cardinalis Albanus obiit anno M C C C X I I. *Auinione.*

Ricardus Petronus Senenſis *ex* Vicecancellario *Diac. Card.* S. Euſtachii *obiit Auinione anno* M C C C I I I. *Pontificatus* I X.

Frater Arnaldus Nouelli, Vaſco, Gallus *Presbyter Car. tt.* S. Priſcæ, *&* S. R. E. *Vicecancellarius, obijt Auinione anno* M C C C X I I I I. *Pontificatus* X.

OBITVS CLEMENTIS PAPAE V.

Anno Domini M C C C X I I I I. X I I. *Calendas Maii, Papa Clemens* V. *in itinere* Auinione Burdegalam *Proficiſcens, apud* Rocam Maulam *prouinciæ ſuper* Rhodanum *oppidum mortuus eſt. cadauer* Burdegalam *delatum in eccleſia cathedrali ſepultum fuit. uacauit ſedes annos* 2. *menſes* 3. *dieſq;* 17.

Raimundus Guillelmi de Fargis Burdegalenſis *Diaconus Cardinalis, obijt anno* Domini MCCCXIIII. *ſede uacante poſt obitũ Clementis Papæ* V.

Michael de Becco Gallus, *Presbyter Card. obijt anno* M C C C XVI. *ſede uacante. mortuo Papa Clemẽte* V. *diu Romana ſedes uacauit, Cardinalibus de ſucceſſore legendo inter ſe concordare non ualentibus: pluries enim conclaue ingreſſi, ſemper re infecta egreſſi ſunt non ſine maximo Reipublicæ Chriſtianæ ſcandalo, & incommodo, & præſertim paulo poſt obitum Papæ Clementis* V. *quando* Carpenctorate *conuenerunt, ubi poſt multas diſſenſiones conclaui effracto, re infecta, egreſſi ſunt, &*

per diuersa Galliæ loca dispersi fuere per duos annos, & aliquot mẽses. tandem anno Domini MCCCXVI. *tertio uacantis sedis anno ineunte, industria* Philippi *comitis* Pictauensis Lugdunum *Cardinales omnes congregati, in conuentu fratrum prædicatorum* IIII. Cal. Iulii, *tanquam in conclaui ui inclusi sunt, non egressuri nisi* Romano Pontifice *creato, qui tandem post multas altercationes, quum acriter à comite* Philippo *urgerentur, quadragesimo post eorum reclusionem die, uidelicet* VII. Idus Augusti, *Romanum* Pontificem *creauerunt* Iacobum Arnaldi *de* Ossa Caturcensem Episcopum *Cardinalem* Portuensem *&* S. Rufinæ, *qui* Ioannes XXII. *appellatus est.*

IOANNES XXI. DICTVS XXII. PONTIF. MAX.

ANNO CHRISTI MCCCXVI.

SIGNVM IOANNIS PAPAE XXI.

* * *

IOANNES PAPA XXI. DICTVS XXII. *Iacobus antea uocatus, natione* Gallus, *patria* Caturcensis *ex prouincia* Aquitania, *familia de* Ossa, *patre* Arnaldo, *humili, ac pene sordido loco natus est, quippe cuius pater* Arnaldus *sutor ueteramentarius fuerit. hic primo fuit* Episcopus Forudiensis, *&* Cancellarius *regis* Caroli *secundi* Siciliæ *regis, mox* Episcopus Aquensis, *deinde* Auinionensis; *demum* Episcopus Cardinalis Portuensis, *&* S. Rufinæ *à* Clemente Papa V. *creatus est. quo mortuo, tertio uacantis sedis anno* Lugduni *duorum, & uiginti Cardinalium suffragijs* VII. Idus Augusti *anni* MCCCXVI. Pontifex Maximus *renunciatus, ibidem ad prædicatorum ecclesiam, ubi etiam* Pontifex *factus fuerat, nonis Septembris suæ coronationis insignia suscepit.* 197

Sedit autem in Apostolica sede Imp. Cæs. Ludouico Bauaro Augusto *annos* XVIII. *menses* III. *diesque* XXVIII.

CARDINALES XXIII. VIVI QVANDO IOANNES APA XXI. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

BENEDICTVS PAPA IX.

Frater Nicolaus, *Episcopus Card.* Ostiensis, *&* Veliternus *Decanus.*

CLEMENS PAPA V.

Berengarius Episcopus *Card. Tusculanus.*
Arnaldus Episcopus *Card. Albanus.*
Guillelmus Episcopus *Card. Prænestinus.*
Iacobus Episcopus *Card. Portuensis, & S. Rufinæ.*
Arnaldus Episcopus *Cardinalis Sabinus.*

PRESBYTERI CARDINALES V.

CLEMENS PAPA V.

Frater Nicolaus, tt. S. Eusebij, S. R. E. Archipresbyter.
Frater Petrus tt. S. Stephani in Cœlio monte, S. R. E. Vicecancellarius.
Frater Guillelmus Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.
Frater Vitalis SS. Syluestri, & Martini tt. Equitij.
Frater Petrus monachus Presbyter Cardinalis, S. R. E.

DIACONI CARDINALES XII.

NICOLAVS PAPA IIII.

Neapoleo S. Hadriani, S. R. E. Archidiaconus.

CAELESTINVS PAPA V.

Guillelmus Longus S. Nicolai in carcere Tulliano.

BONIFACIVS PAPA VIII.

Iacobus S. Georgij in Velabro.
Franciscus S. Mariæ in Cosmedin.
Lucas de Flisco S. Mariæ in uia lata.

NICOL. III. ET CLEM. V.

Iacobus Columna, S. R. E. Diaconus Cardinalis.

NICOLAVS IIII. ET CLEM. V.

Petrus de Columna S. Eustachij.

CLEMENS PAPA V.

Guillelmus Artufarti, S. R. E. Diac. Cardinalis.
Arnaldus S. Mariæ in porticu.
Raimundus S. Mariæ nouæ.
Bertrandus de Gerarno Diac. Cardinalis.
Guillelmus Testa Diaconus Cardinalis.

PRIMA CREATIO VIII. CARDINALIVM.

Anno Domini M C C C X V I. Pontificatus primo, die Veneris, quatuor tẽporum aduentus Domini X V I. Cal. Ianuarij Auinione Ioannes Papa primo creauit octo Cardinales, qui fuerunt

Bertrandus

Bertrandus de Castaneto Gallus, ex Episcopo Albiensi Aniciensis Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

Iacobus de Veza Caturcensis, Vasco, Gallus, Papæ sororis filius, electus Episcopus Auinionensis Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij.

Ganzelinus Ioannis de Ossa Caturcensis, Vasco, Gallus, fratris sui filius Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri, & S. R. E. Vicecancellarius.

Bertrandus de Porto, alias de Podietto de Castro nouo Rotherij Caturcensis diœcesis, Vasco, Gallus, Papæ filius, Presbyter Card. tt. S. Marcelli.

Petrus de Aceblaio Gallus, Cancellarius Regni Francorum, tt. S. Susannæ.

Bertrandus de Monte Fauentio de Castro nouo Rotherij Caturcensis diœcesis, Vasco, Gallus, Protonot. Apostolicus, Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.

Galhardus de Mola Burdegalensis, Vasco, Gallus, Papæ Clementis V. ex nepote pronepos Protonot. Apostolic. Diac. Cardinalis S. Luciæ in Silice.

Ioannes Caietanus Vrsinus Romanus, Protonotarius Apost. Diac. Card. S. Theodori.

SECVNDA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini MCCCXVII. Pontificatus primo VIII. Cal. Iulij, Auinione Ioannes Papa iterum creauit Cardinalem, is fuit

Arnaldus de Veza Caturcensis, Vasco, Gallus, Papæ sororis filius, Protonotarius Apostolicus, Diaconus Card. S. Eustachij in locum Iacobi de Veza Cardinalis fratris sui paulo ante mortui creatus.

TERTIA CREATIO VII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCXX. Pontific. V. feria VI. quatuor temporum Aduentus uidelicet XIIII. Cal. Ianuarij Auinione Papa Ioannes tertio creauit Cardinales; qui fuerunt

Rainaldus Loporta de Altosacco Lemouicensis diœcesis Gallus, Archiepiscopus Bituricensis Presbyter Cardinalis tt. S. . . .

Frater Bertrandus de Turre de Cambolico Caturcensis diœcesis Gallus, ordinis minorum Theologus, ex ministro Aquitaniæ Archiepiscopus Salernitanus Presbyter Card. SS. Syluestri, & Martini tt. Equitij.

Petrus de Prato diœcesis Salicanēsis, Gallus, Episcopus Virmianensis Pres-

byter Card. tt. S. . . . post S. R. E. Vicecancellarius.

Pilus Fortis de Capistrano de sancto Georgio, prope fluuium Carin, dioecesis Albiensis, Gallus, Episcopus Viuensis, Presbyter Card. tt. S. . . .

Petrus Textoris de S. Antonio dioecesis Caturcensis, Vasco, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Coelio monte, & S. R. E. Vicecancellarius.

Talairandus comes Petragoricensis Gallus, Presbyt. Card. S. Petri ad uincula, tt. Eudoxiae.

Rainerius de Rufo Caturcensis, Vasco, Gallus, Papae nepos, Protonotarius Apostolicus Diac. Cardinalis, post Presbyter tt. S. Chrysogoni.

QVARTA CREATIO X. CARDINALIVM.

Anno Domini M C C C X X V I I. Pontificatus X I I. feria V I. quatuor temporum Aduentus X V. Cal. Ianuarij, Auinione Papa Ioannes quarto creauit Cardinales; qui fuere

Ioannes Raimundi comes Conuennarum, Gallus, ex Episcopo Tholosano Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinae.

Annibaldus de Ceccano Romanus ex Archiepiscopo Neapolitano Episcopus Cardinalis Tusculanus.

Frater Iacobus Fornerius de Sauardino Appamiarum dioecesis ex prouincia Tholosana Gallus, monachus Cistertiensis, Magister in Theologia, Abbas Fontis frigidi, Episcopus Mirapicensis Presbyter Card. tt. S. Priscae.

Raimundus Vehensis Ruthenensis dioecesis, Gallus, Episcopus Tricastinensis, alias S. Pauli, Presbyter Card. tt. S. Eusebij.

Petrus de Mortuo mari dioecesis Lemouicensis, Gallus, Episcopus Antisiodorensis Presbyter Card. tt. S. Stephani in Coelio monte.

Petrus de Cappis, Gallus, Episcopus Coruthensis Presbyt. tt. S. Clementis.

Frater Matthaeus Vrsinus de Monte Iordano, Romanus ordinis Praedicatorum Theologus, ex prouinciali Romano Episcopus Agrigentinus, post Archiepiscopus Sypontinus, Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij.

Petrus Gometij de Aluarez de Toleto Hispanus, Episcopus Carthaginiensis, Presbyter Card. tt. S. Praxedis.

Ioannes Columna Stephani filius Romanus Protonotarius Apostolicus, Diaconus Card. S. Angeli.

Imbertus de Puteo de Monte Pessulano Gallus, Papae affinis, Protonotarius Apostolicus, Diaconus Card. post Presbyter Basilicae SS. Apostolorum.

EPISCOPI CARDINALES X. CREATI A PAPA IOANNE XXI.

Bertrandus de Castaneto Episcopus Card. portuensis, & S. Rufinæ.

Frater Vitalis de Furno, ex Presbytero tt. Equitij Clementis V. Episcopus Card. Albanus.

Ganzelinus Ioannis de Ossa ex Presbytero tt. SS. Marcellini, & Petri Episcopus Card. Albanus.

Rainaldus Loporta de Alto sacco, ex Presbytero Cardinale Episcopus Ostiensis, & Veliternus.

Frater Bertrandus de Turre de Cambolico, ex Presbytero tt. Equitij Episcopus Card. Tusculanus.

Frater Guillelmus de Baiona, ex Presbytero tt. S. Cæciliæ Clementis V. Episcopus Card. Sabinus.

Petrus de Prato, ex Presbytero Episcopus Cardinalis Prænestinus.

Bertrandus de Podietto, ex Presbytero tt. S. Marcelli Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

Ioannes Raimundi comes Conuennarum Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

Annibaldus de Ceccano Romanus, Episcopus Cardinalis Tusculanus.

Bertrandus de Geraruo, ex Diacono Clementis V. Presbyter Card. tt. S. Clementis.

Papa Ioannes XXI. quatuor ordinationibus mensibus Iunio, & Decembri factis XXVI. creauit nouos Cardinales, Episcopos X. sed duos ex antiquis Presbyteris, Presbyteros XIII. in his unum ex antiquis Diaconis, & Diaconos sex.

VICECANCELLARII S.R.E. SVB IOANNE PAPA XXI.

F. Petrus Arnaldi Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, anni primi Pontificatus parte.

Gaucellinus Ioannis de Ossa, Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri ab anno primo ad.

Petrus Textoris, tt. S. Stephani in Cœlio monte, Presbyter Cardinalis.

Petrus de Prato Episcopus Card. Prænestinus, ab anno XV. . . . ad finem Pontificatus.

CARDINALES XXIIII. MORTVI SVB IOANNE PAPA XXI.

Iacobus de Vezza Caturcensis, Gallus, Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij, obijt Auinione anno M C C C X V I. *Pontific. primo* V I I I. *Cal. Iulij.*

Arnaldus Episcopus Card. Albanus obijt Auinione anno MCCCXVI.

Frater Petrus Arnaldi Banauensis, Burdegalensis, monachus, & Presbyter Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio, ac S. R. E. Vicecancellarius, obijt Auinione anno MCCCXVI.

Guillelmus Longus Bergomensis Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano obijt Auinione V. *Idus Septembris anno* M C C C X I X. *Pontific.* V. *cadauer Bergomum portatum, ad minorum ecclesiam sepultum est.*

Frater Vitalis de Furno Bazatensis ord. minorum Theologus, Episcopus Cardinalis Albanus obijt Auinione anno M C C C X X. *sepultus ibidem ad Minores.*

Frater Nicolaus Pratensis ord. prædicatorum, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, Decanus, obijt Auinione anno M C C C X X I. *ibidem ad prædicatores sepultus.*

Berengarius Stedelli, Gallus, Episcopus Card. Tusculanus obijt Auinione anno M C C C X X I.

Guillelmus de Mandagoto, Gallus, Episcopus Card. Prænestinus obijt Auinione anno Christi M C C C X X I.

Frater Nicolaus Farinula ord. prædicatorum Theologus, Presbyter Card. tt. S. Eusebij, obijt Lugduni anno M C C C X X I I I. *ibidē ad prædicatores sepultus.*

Arnaldus de Anxio, Gallus, Episcopus Card. Sabinus obijt Auinione anno M C C C X X I I I I.

Rainaldus Loporta de Alto sacco Lemouicensis, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, obijt Auinione anno M C C C X X V.

Petrus Columna Romanus Diac. Cardinalis. S. Eustachij obijt Auinione anno M C C C X X V I. *Cadauer Romam portatum ad S. Mariam maiorem sepultum est.*

CARDINALES XII. INCERTO TEMPORE MORTVI.

Bertrandus de Castaneto Episcopus Cardinalis Portuensis, & S. Rufinæ,

obijt ante annum Domini M CCCXXVI. sepultus Auinione in cathedrali.

Iacobus Columna Romanus Diaconus Cardinalis.

Franciscus Caietanus Anagninus Diac. Card. S. Mariæ in Cosmedin.

Lucas de Flisco Genuensis Diaconus Card. S. Mariæ in uia lata, obijt Auinione, sepultus ad minores.

Frater Petrus Gallus monachus, & Abbas S. Seueri, Presbyter Cardinalis.

Guillelmus Artufarti Burdegalensis, Vasco, Diac. Cardinalis, obijt Auinione, sepultus ad minores.

Raymundus del Goth Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

Bertrandus de Gerarvo Presbyter Card. tt. S. Clementis, obijt Auinione, sepultus ad minores.

Petrus de Aceblaio Presbyter Card. tt. S. Susannæ.

Frater Bertrandus de Turre de Cambolico ord. minorum, Episcopus Cardinalis Tusculanus, obijt Auinione, sepultus ad minores ante annum MCCCXXVII.

Pilus Fortis de Capistrano de S. Georgio Presbyter Cardinalis.

Petrus Textoris de Sancto Antonio Caturcensis, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlo monte, S. R. E. Vicecancellarius, obijt Auinione post annum MCCCXXX.

OBITVS PAPAE IOANNIS XXI.

Anno Domini MCCCXXXIIII. pridie nonas Decembris, Auinione in Palatio Apostolico obijt Papa Ioannes XXI. dictus XXII. cadauer ibidem in ecclesia cathedrali S. Mariæ de Donis sepultum est. uacanit sedes dies 16.

Eodem anno nonis Decembris in ecclesia cathedrali Auinione Nouemdialia siue exequiæ Ioannis Papæ, à Cardinalibus ex Gregorij Papæ X. instituto nouem diebus celebrari sunt cœpta.

Eodem anno XIX. Cal. Ianuarij, finitis exequiis Papæ Ioannis XXI. & Missa Spiritus sancti cantata, Cardinales omnes numero XXIIII. qui tunc Auinione erant conclaue ingreßi sunt præparatum in conuentu prædicatorum Auinione, ubi sex diebus commorati, tandem die VII. ingressus conclauis, uacantis uero sedis XVI. elegerunt in Papam fratrem Iacobum Tholosanum monachum Cistertiensem Presbyterum Cardinalem tt. S. Priscæ. qui Benedictus Papa XII. appellatus est.

NICOLAVS V. REATINVS ANTIPAPA.

ANNO CHRISTI MCCCXXVII.

34 NICOLAVS V. ANTIPAPA, *frater Petrus Reynalucij ante uocatus, ex oppido Corbario, diœcesis Reatinæ in Vmbria natus est; qui prius uxorem habuerat Ioannam Matthæi filiam de Corbario mox; ea relicta ordinem fratrum minorum professus, in eo diu non sine sanctitatis opinione uixit, hic à Lodouico Bauaro Imperatore Ioannis Papæ acerrimo hoste in schismate Antipapa contra Ioannem Papam* XXI. *Romæ* IIII. *Idus Maij in die Ascensionis anni Domini* MCCCXXVII. *creatus, à quibusdam schismaticis Episcopis in Imperatoris gratiam consecratus fuit.*

Sedit autem in sua obedientia in schismate Imp. Lodouico Bauaro, annos 3. menses 3. & dies 4.

PRIMA CREATIO VII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCXXVII. *Pontificatus primo Idibus Maij, Romæ Nicolaus V. Antipapa primo creauit septem Cardinales, qui fuerũt*

. . . Archiepiscopus Modonensis Presbyter Cardinalis.

Iacobus Pratẽsis, Tuscus, Episcopus Castellanus Venetijs nepos Cardinalis Pratensis, Presbyter Cardinalis.

Frater Ioannes Vicecomes Mediolanensis, monachus Cistertiensis, Abbas S. Ambrosii Mediolani Presbyter Cardinalis.

Frater . . . monachus, & Abbas Fuldẽsis Germanus, Presbyter Cardinalis.

Frater Nicolaus Fabrianensis ordinis Eremitarum S. Augustini, Episcopus Recanatensis Presbyter Cardinalis.

Petrus Oringha Romanus Diaconus Cardinalis.

Ioannes Arlottus Romanus Diaconus Cardinalis.

SECVNDA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini MCCCXXIX. *Pontific.* III. XIIII. *Cal. Februarij Pisis in Tuscia Nicolaus V. Antipapa unum creauit Cardinalem, is fuit*

Ioannes Vicecomes Mediolanensis Episcopus, Nouariensis, Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Veliternus Legatus suus in Lombardia, qui Septembri sequenti abdicauit.

Nicolaus V. *Antipapa duabus ordinationibus mensibus* Maio, *&* Ianuario *factis* VIII.*creauit Cardinales,Presbyteros sex,&* Diaconos duos.

Anno Domini MCCCXXX. *Antipapa Nicolaus* V. *Pisis captus atque Auinionem perductus* VIII. *Cal. Septembris, Pontificatu, quem iniuste occupauerat, in publico consistorio abdicauit, & honesto carcere reseruatus, non longe post moriens ad minores sepultus est.*

SCHISMA XXVII. IN ROMANA ECCLESIA

Inter Papam Ioannem XXI.*&* Antipapam Nicolaum V. *quod quem exitum habuerit iam dictum est.*

BENEDICTVS X. DICTVS XII. PONTIF. MAX.

ANNO CHRISTI MCCCXXXIIII.

SIGNVM BENEDICTI PAPAE X.

* * *

BENEDICTVS PAPA X. DICTVS XII. *frater* Iacobus *antea uocabatur; fuit autem natione* Gallus,*prouincia* Tholosana *; ex oppido Sauarduno diœcesis* Appamiarum,*familia quæ* Forneria *dicebatur ortus.hic primo fuit monachus Cistertiensis,Abbasq; monasterij* Fontis *frigidi, & sacræ* Theologiæ *magister eximius; mox factus* Episcopus *Appamiarum, deinde Mirapicensis; demum* Presbyter *Cardinalis tt.* S. *Priscæ à* Ioanne Papa XXI. *creatus, Cardinalis Albus appellabatur. mortuo uero* Ioanne *Papa Auinione ad prædicatores, omnium Cardinalium suffragiis* XIII. *Cal. Ianuarij* Anni Domini MCCCXXXIIII. *Pontifex Maximus renunciatus,ibidem* VIII. *Cal. Ianuarij suæ coronationis insignia solenniter suscepit.* 198

Sedit autem in Apostolica sede Impp. *Cæsaribus* Lodouico Bauaro, *&* Carolo IIII.*Augustis,annos* VII. *menses* IIII. *& dies sex.*

CARDINALES XXIIII. VIVI QVANDO BENEDICTVS PAPA X. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

IOANNES PAPA XXI.

Gancellinus de ossa Episcopus Card. Albanus Decanus.

CLEM. V. ET IOANN. XXI.

Frater Guillelmus Baionensis Episcopus Card. Sabinus.

IOANNES PAPA XXI.

Petrus de Prato Episcopus Card. Praenestinus, S. R. E. Viceeancellarius.
Bertrandus de Podicto Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.
Ioannes de Conuennis Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinae.
Annibaldus de Ceccano Episcopus Card. Tusculanus.

PRESBYTERI CARDINALES IX.

IOANNES PAPA XXI.

Talairandus S. Petri ad uincula, tt. Eudoxiae, S. R. E. Archipresbyter.
Raincrius de Rufo tt. S. Chrysogoni.
Frater Iacobus Fornerius tt. S. Priscae.
Raimundus tt. S. Eusebij.
Petrus de Mortuo Mari, tt. S. Stephani in Coelio monte.
Petrus de Cappis tt. S. Clementis.
Frater Matthaeus SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachij.
Petrus Gometij tt. S. Praxedis.
Imbertus de Puteo Basilicae XII. Apostolorum.

DIACONI CARDINALES IX.

NICOLAVS PAPA IIII.

Neapoleo S. Hadriani, S. R. E. Archidiaconus.

BONIFACIVS PAPA VIII.

Iacobus Caietanus S. Georgij in Velabro.

CLEMENS PAPA V.

Arnaldus de Pelagrua S. Mariae in porticu.
Guillelmus Testa Diaconus Cardinalis.

IOANNES PAPA XXI.

Bertrandus de Monte Fauentio S. Mariae in Aquiro.
Galhardus de Mola S. Luciae in Septisolio.
Io. Caietanus Vrsinus S. Theodori.
Arnaldus de Veza S. Eustachii.
Ioannes de Columna S. Angeli.

PRIMA CREATIO VI. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCXXXVII. Pontificatus IIII. in quatuor temporibus Aduentus XV. Cal. Ianuarii Auinione Papa Benedictus primo creauit

mo creauit sex Cardinales, qui fuerunt

Goctius de Ariminis Tholosanus Gallus Patriarcha Constantinopolitanus Presbyter Card. tt. S. Priscæ.

Bertrandus de Deucio oppido Blandiaco Vticensis diœcesis Gallus LL. Doctor ex Archiepiscopo Ebredunensi Presbyter Card. tt. S. Marci, S. R. E. Vicecancellarius.

Frater Petrus Rogerij Monstrius de Malmonte Lemouicensis diœcesis, Gallus, monachus, & Abbas Fiscanensis in Nortmandia, Theologus, Archiepiscopus Rothomagensis, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Frater Guillelmus Curti de Diuano, Gallus, monachus, & Abbas montis Oliuarum Carcassonensis diœcesis, Presbyter Card. tt. SS. IIII. Coronatorum.

Bernardus . . . Gallus electus Episcopus Ruthenensis, Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Guillelmus Albus Tholosanus, Gallus, Presbyter Cardinalis tt. S. Stephani in monte Cœlio.

EPISCOPI CARDINALES III. CREATI A BENEDICTO PAPA X.

Frater Matthæus Vrsinus, ex Presbytero tt. Pammachij Ioannis XXI. Episcopus Card. Sabinus.

Guillelmus Testa ex Diacono Clementis V. Episcopus Card. Albanus.

Petrus de mortuo mari ex Presbytero tt. S. Stephani in Cœlio monte Ioannis Papæ XXI. Episcopus Cardinalis Sabinus.

Papa Benedictus una ordinatione mense Decembri facta, sex nouos creauit Presbyteros Cardinales, et ex antiquis Cardinalibus tres Episcopos fecit.

VICECANCELLARII S.R.E. SVB PAPA BENEDICTO X.

Petrus de Prato Episcopus Cardinalis Prænestinus abdicauit: in eius locum factus est

Bertrandus de Deucio Vticensis, Presbyter Card. tt. S. Marci.

CARDINALES VII. MORTVI SVB PAPA BENEDICTO X.

Arnaldus de Pelagrua Burdegalensis Diac. Card. S. Mariæ in porticu obijt Auinione anno M C C C X X X V. Pontificatus primo.

Frater Guillelmus Godiuus de Baiona ordinis prædicatorum, Episcopus Cardinalis Sabinus, obijt Auinione pridie Idus Iunij anno M C C C X X X V I. Pontific. secundo. cadauer in monte Pessulano ad prædicatores sepultum.

Gaucellinus Ioannis de Ossa Caturcensis Episcopus Card. Albanus, obijt Auinione anno M C C C X X X V I I. Pontificatus I I I.

Raimundus Presbyt. Card. tt. S. Eusebij obijt anno M C C C X X X V I I.

Arnaldus de Veza Caturcensis Diac. Card. S. Eustachij obijt Auinione anno M C C C X X X V I I I. Pontificatus I I I I.

Io. Caietanus Vrsinus Romanus Diac. Card. S. Theodori, obijt Auinione anno M C C C X X X I X. Pontificatus V. cadauer ibidem ad minores sepultum est.

Frater Matthæus Vrsinus Romanus ordinis prædicatorum, Episcopus Card. Sabinus obijt Auinione X V. Cal. Septembris anno MCCCXLI. Pontificatus V I I. cadauer Romam relatum in ecclesia prædicatorum S. Mariæ super Mineruam sepultum est.

OBITVS PAPAE BENEDICTI X.

Anno Domini M C C C X L I I. V I I. Cal. Maij Auinione in palatio Apostolico, quod ipse fabricauerat, obijt Papa Benedictus X. dictus X I I. cadauer eius ibidem in Cathedrali ecclesia S. Mariæ de Donis sepultum est. uacauit Romana sedes dies 12.

Eodem anno V I. Cal. Maij eius exequiæ siue Nouendialia in ecclesia cathedrali Auinionensi à Cardinalibus celebrari sunt cœpta.

Eodem anno I I I. Nonas Maij, cantata Missa Spiritus sancti, Cardinales omnes præsentes conclaue ingreßi sunt paratum in monasterio prædicatorum Auinione, pro electione noui Pontificis, qui die altero post ingressum conclauis, uidelicet Nonis Maij, elegerunt in Papam fratrem Petrum Rogerij Presbyterum Cardinalem tt. SS. Nerei, & Achillei, qui Clemens Papa V I. appellatus est.

CLEMENS VI. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCCXLII.

SIGNVM CLEEMENTIS PAPAE VI.

*   *   *

CLEMENS PAPA VI. *frater Petrus Rogerij antea uocatus, natione Gallus, ex prouincia Tholosana, oppido Malmonte, Lemouicensis diœcesis, ex familia Monstria originem duxit. fuit autem professus monachus in monasterio Casæ dei, Claromontensis diœcesis qui Lutetiæ Parisiorum Theologiæ magisterium assumpsit. primo autem prior conuentualis monasterij, mox Abbas Fiscanensis in Nortmandia, deinde Archiepiscopus Arelatensis, postea Senonensis, post Rothomagensis factus fuit: demum à Benedicto Papa X. Presbyter Cardinalis tt. SS. Nerei, & Achillei creatus est. quo mortuo in eius locum Auinione à Cardinalibus in monasterio prædicatorum, Nonis Maij anni* MCCCXLII. *Pontifex Maximus renunciatus, ibidem* XIIII. *Cal. Iunij, die Pentecostes coronatus est.* 199

Sedit autem Imp. Cæsare Carolo IIII. *Augusto annos* 10. *& menses* 7.

CARDINALES XXII. VIVI QVANDO CLEMENS PAPA VI. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

IOANNES PAPA XXI.

Petrus de Prato, Episcopus Card. Prænestinus, Decanus.

Bertrandus de Podieto Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

Ioannes Comes Conuennarum Episcopus Card. Portuensis, tt. S. Rufinæ.

Annibaldus de Ceccano Episcopus Card. Tusculanus.

CLEM. V. ET BENEDICT. X.

Guillelmus Testa Episcopus Cardinalis Albanus.

IOANN. XXI. ET BENEDICT. X.

Petrus de mortuo mari Episcopus Card. Sabinus.

PRESBYTERI CARDINALES XI.

IOANNES PAPA XXI.

Talairandus S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ, S. R. E. Archipresbyter.

Rainerius tt. S. Chrysogoni.

Petrus tt. S. Clementis.

Petrus Gometij tt. S. Praxedis.
Imbertus Presbyter Card. Basilicæ Apostolorum.

BENEDICTVS PAPA X.

Gottius de Ariminis tt. S. Priscæ.
Bertrandus tt. S. Marci, S. R. E. Vicecancellarius.
F. Petrus Rogerij tt. SS. Nerei, & Achillei.
Frater Guillelmus tt. SS. quatuor Coronatorum.
Bernardus tt. S. Cyriaci in Thermis.
Guillelmus tt. S. Stephani in Cœlio monte.

DIACONI CARDINALES V.

NICOLAVS PAPA IIII.

Neapoleo S. Hadriani, S. R. E. Archidiaconus.

BONIFACIVS PAPA VIII.

Iacobus Caietanus S. Georgij in Velabro.

IOANNES PAPA XXI.

Bertrandus S. Mariæ in Aquiro.
Galhardus S. Luciæ in Septisolio.
Ioannes de Columna S. Angeli.

PRIMA CREATIO X. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCXLII. *Pontificatus primo in* IIII. *temporibus Septembris, uidelicet* XII. *Cal. Octobris Auinione Papa Clemens* VI. *primo creauit* X. *Cardinales, qui fuerunt*

Frater Hugo Rogerij, Monstrius, de Malmonte Lemouicensis diœcesis, Gallus, frater suus, monachus monasterij Tutellensis, Presbyter Card. tt. SS. Laurentij, & Damasi.

Haymericus de Guardia Lemouicensis, Gallus, eius affinis Presbyter Card. SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitij.

Andreas Ghini Malpilia Florentinus, Tuscus, Episcopus Tornacensis, Presbyter Card. tt. S. Susannæ.

Guido de monte Forti Lemouicensis, Gallus, Episcopus Boloniensis, tt. S. Cæciliæ.

Petrus Cyriaci Lemouicensis, Gallus, Episcopus Atrebatensis, tt. S. Chrysogoni.

Stephanus Alberti Lemouicensis, Gallus, DD. Doctor Episcopus Claromontanus Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachij, & maior Pœnitentiarius.

Ademarus Roberti Lemouicensis, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ.

Frater Gerardus Domarus Lemouicensis, ex prouincia Tholosana, Gallus Papæ sororis filius, ordinis prædicatorum, XVII. magister de conuentu Briuensi, Theologus, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Bernardus de Turre de Anuergnia Lemouicensis, Gallus, Diac. Card. S. Eustachij.

Guillelmus Indicis Lemouicensis, Gallus, Papæ sororis filius, Diac. Card. S. Mariæ in Cosmedin.

SECVNDA DVORVM CARDINALIVM CREATIO.

Anno Domini MCCCXLIII. *Pontificatus* II. IIII. *Cal Iunij, Auinione, Papa Clemens* VI. *iterum creauit Cardinales; qui fuerunt*

Raimundus de Canilhaco Antisiodorensis, Gallus, Episcopus Atrebatensis, Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hierusalem.

Nicolaus de Ressa Lemouicensis, Gallus, Papæ sororis filius, Diac. Card. S. Mariæ in uia lata.

TERTIA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini MCCCXLVIII. *Pontificat.* VII. III. *Cal. Iunij Auinione Papa Clemens* VI. *tertio creauit Cardinalem unum, is fuit*

Petrus Rogerii, Monstrius, de Malmonte, Lemouicensis, Gallus, Comes Belifortis, Papæ fratris filius, Diaconus Card. S. Mariæ nouæ.

QVARTA XII. CARDINALIVM CREATIO.

Anno Domini MCCCL. *Iubilei secundi Pontificatus* IX. *in quatuor temporibus Aduentus, uidelicet* XV. *Cal. Ianuarij, Auinione Clemens Papa* VI. *quarto creauit Cardinales, qui fuere*

Egidius Aluari de Albornotijs, Hispanus, Archiepiscopus Toletanus Presbyter Card. tt. S. Clementis.

Frater Guillelmus de Agrifolio, Gallus, monachus Cluniacensis, ex priore conuentuali S. Petri de Abbatis Villa, Ambianensis diœcesis, Archiepiscopus Cæsaraugustanus Presbyter Card. S. Mariæ Transtiberim tt. Calisti.

Raimundus de Viss. Gallus, Archiepiscopus Tholosanus, Presbyter Card.

Magister frater Pastor Prouincialis, Gallus, ordinis minorum conuentus

Albenaci Theologus, Archiepiscopus Ebredunensis, presbyter Card. SS. Syluestri, & Martini tt. Equitii.

Pictainus Gallus, Episcopus Albiensis, Presbyter Card. Basilicæ SS. Apostolorum.

Nicolaus Capoccius Romanus, Episcopus Vercellensis, Presbyter Card. S. Vitalis, tt. Vestinæ.

Arnaldus Gallus Episcopus Appaminiarum, Presbyter Card tt. S. Xysti.

Petrus Bertrandi Gallus Episcopus, Antisiodorensis Presbyter Cardinalis.

Frater Ioannes de Morlandinis, Lemouicensis, ordinis prædicatorum, de conuentu Briuensi Prouinciæ Tholosanæ, Theologus, inquisitor Tholosanus, sacri Palatii Lector & XX. ordinis magister, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Rainaldus Vrsinus Romanus, Protonotarius Apostolicus, Diac. Card. S. Hadriani.

Frater Petrus Foresca Gallus, monachus, & Abbas S. Dionysii, Diaconus Cardinalis, post Presbyter Card. Basilicæ Apostolorum.

Ioannes de Caramagnia, Gallus, Protonot. Apostolicus Diac. Card. S. Georgii in Velabro.

EPISCOPI CARDINALES V. CREATI A PAPA CLEMENTE VI.

Talairandus ex Presbytero tt. Eudoxiæ Ioannis XXI. Episcopus Card. Albanus.

Bertrandus de Deucio ex Presbytero tt. S. Marci Benedicti X. Episcopus Card. Sabinus.

Stephanus Alberti ex Presbytero tt. Pammachii Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

Guido de monte Forti ex Presbytero Card. tt. S. Cæciliæ, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

Frater Guillelmus Curti ex Presbytero tt. SS. quatuor Coronatorum Benedicti Papæ X. Episcopus Cardinalis Tusculanus.

Papa Clemens VI. quatuor ordinationibus, mensibus Maio, Septembri, & Decembri factis XXV. nouos creauit Cardinales, uidelicet Episcopos V. sed tres ex antiquis Presbyteris, Presbyteros XV. & Diaconos VIII.

Bertrandus de Deucio ex Presbytero Card. tt. S. Marci, Episcopus Car-

dinalis Sabinus, S. R. E. Vicecancellarius sub Papa Clemente VI.

CARDINALES XXI. MORTVI SVB CLEMENTE PAPA VI.

Rainerius de Rufo Caturcensis, Presbyter Card. tt. S. Chrysogoni, obiit Auinione anno Christi MCCCXLII. *Pontificatus primo, sepultus ad minores.*

Iacobus Caietanus Anagninus Diac. Card. S. Georgii in Velabro, obiit anno MCCCXLIII. *Pontificatus* II.

Bertrandus de monte Fauentio Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro, obiit anno MCCCXLIII. *Pontific.* III.

Andreas Ghini Malpiglia Florentinus Presbyter Card. tt. S. Susannæ, obiit in itinere legationis Hispanicæ anno MCCCXLIII.

Gottius de Ariminis, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Priscæ obiit Auinione anno MCCCXLIIII. *Pontificat.* III.

Bernardus Presbyt. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis obiit eodem anno.

Frater Gerardus Domanis ordinis prædicatorum, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ, obiit Tholosæ anno MCCCXLV. *ibidem ad prædicatores sepultus.*

Guillelmus Testa Episcopus Card. Albanus obiit anno MCCCXLV. *Pontificatus* IIII.

Petrus de mortuo mari Episcopus Card. Sabinus, obiit eodem anno.

Guillelmus Albus Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte obiit Auinione anno MCCCXLVI. *Pontificatus* V.

Bertrandus de Podietto Caturcensis Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, obiit Auinione anno MCCCXLVI. *sepultus ad minores.*

Neapoleo Vrsinus Romanus, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis S. Hadriani obiit Auinione anno MCCCXLVII. *Pontificatus* VI.

Imbertus de Puteo de monte Pessulano, Presbyter Card. Basilicæ Apostolorum, obiit anno MCCCXLVII.

Petrus de Cappis Presbyter Card. tt. S. Clementis, obiit eodem anno.

Ioannes de Columna Romanus Diac. Card. S. Angeli obiit eodem anno.

Haymericus de Guardia, Lemouicensis, Presbyter Card. tt. Equitii obiit anno MCCCXLVIII.

Petrus Gometii Hispanus, Presbyter Card. tt. S. Praxedis obiit anno MCCCXLIX. *Pontificatus* VII.

Ioannes Comes Conuennarum Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ

obiit Auinione mense Februario anno MCCCXLIX. *Pontificatus* VII.

Annibaldus de Ceccano Episcopus *Card. Tusculanus, obiit mense Iulio anno* MCCCL. *in Campania, legatione Neapolitana. cadauer Romam relatum ad* S. *Petrum sepultum est.*

Petrus Cyriaci Presbyter Card.tt.S. Chrysogoni obijt anno MCCCLI. *Pontific.* X.

Raimundus de Viss.S.R.E.Presbyter Cardinalis obiit anno MCCCLII. *Pontificatus* XI.

OBITVS CLEMENTIS PAPAE VI.

Anno Domini MCCCLII. VIII. *Idus Decembris obiit Auinione in Palatio Apostolico Pontificum Papa Clemens* VI. *eius cadauer primo in ecclesia cathedrali Auinionensi sepultum fuit; post ad monasterium Casæ dei, ubi religionis habitum sumpserat, delatum ibidem honorifice conditum est. uacauit sedes dies* 11.

Eodem anno VII. *Idus Decembris, eius Nouendialia Auinione in ecclesia cathedrali à Cardinalibus celebrari sunt cœpta.*

Eodem anno XVII. *Cal. Ianuarii, finitis exequiis, & Missa Spiritus sancti cantata Cardinales conclaue ingressi sunt paratum in Apostolico palatio Auinionensi pro electione noui Pontificis, qui die altero ingressus sui, uidelicet* XV. *Cal. Ianuarii, elegerunt in Papam Stephanum Alberti Episcopum Card. Ostiensem, qui Innocentius Papa* VI. *appellatus est.*

INNOCENTIVS VI. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCCLII.

SIGNVM INNOCENTII PAPAE VI.

FAC MECVM DOMINE SIGNVM IN BONVM.

200 INNOCENTIVS PAPA VI. *Stephanus Alberti ante uocatus, natione Gallus, patria Lemouicensis. hic primo fuit caussarum procurator, mox delectus iudex, quum esset utriusque iuris doctissimus, postea clericus factus, Episcopatum Nouiodunensem, & paulo post Claromontanum*

romontanum adeptus est à Clemente autem Papa VI. *Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij, maior Pœnitentiarius, & demum Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus creatus fuit, quo mortuo, Auinione in eius locum omnium Cardinalium suffragijs* XV. *Calendas Ianuarij anni* MCCCLII. *Pontifex Maximus renunciatus* X. *Calendas Ianuarij suæ coronationis insignia suscepit.*

Sedit autem Imp. Cæsare Carolo IIII. *Augusto ann. 9. menses 8. & D. 26.*

CARDINALES XXV. VIVI QVANDO INNOCENTIVS PAPA VI. FACTVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

IOANNES PAPA XXI.

Petrus de Prato Episcopus Card. Prænestinus Decanus.

IOANN. XXI. ET CLEM. VI.

Talairandus Episcopus Cardinalis Albanus.

CLEMENS PAPA VI.

Stephanus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, maior Pœnitentiarius.

BENED. X. ET CLEM. VI.

Bertrandus Episcopus Card. Sabinus, S. R. E. Vicecancellarius.

CLEMENS PAPA VI.

Guido Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

Frater Guillelmus Curti Episcopus Card. Tusculanus.

PRESBYTERI CARDINALES XI.

CLEMENS PAPA VI.

Frater Hugo tt. SS. Laurentij, & Damasi, S. R. E. Archipresbyter.

Ademarus Roberti tt. S. Anastasiæ.

Raimundus tt. S. Crucis in Hierusalem.

Egidius de Albornotio tt. S. Clementis.

Frater Guillelmus S. Mariæ Transtiberim, tt. Calisti.

Frater Pastor SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitij.

Pictainus Basilicæ SS. XII. *Apostolorum.*

Nicolaus S. Vitalis tt. Vestinæ.

Arnaldus tt. S. Xysti.

Petrus Bertrandi, S. R. E. Presbyter Cardinalis.

Frater Ioannes tt. S. Sabinæ.

DIACONI CARDINALES VIII.

IOANNES PAPA XXI.

Galhardus S. Luciæ in Septisolio, S. R. E. Archidiaconus.

CLEMENS PAPA VI.

Bernardus de Turre S. Eustachij.
Guillelmus Iudicis S. Mariæ in Cosmedin.
Nicolaus de Ressa S. Mariæ in uia lata.
Petrus Bellifortis S. Mariæ nouæ.
Petrus de Foresca Diaconus Cardinalis.
Rainaldus Vrsinus S. Hadriani.
Ioannes S. Georgij in Velabro.

PRIMA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini M C C C L I I I. Pontificatus primo in quatuor. temporibus Quadragesimæ, mense Martio, Auinione Papa Innocentius V I. primo creauit Cardinalem unum, is fuit

Andoinus Alberti Lemouicensis eius fratris filius, Gallus, Episcopus Magalonensis Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij.

SECVNDA VI. CARDINALIVM CREATIO.

Anno Domini M C C C L V I. Pontificatus V. feria sexta in quatuor temporibus Aduentus Domini X. Cal. Ianuarij, Auinione Papa Innocentius V I. iterum creauit Cardinales, qui fuere

Petrus de Creso Lemouicensis, Gallus, Archiepiscopus Rothomagensis, Presbyt. Card. SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitij.

Frater Helias de Sancto Heredio, Gallus, ordinis minorum Theologus, Episcopus Vticensis, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Franciscus . . . Tudertinus Episcopus Florentinus tt. S. Marci, maior Pœnitentiarius.

Petrus de Monturuco Lemouicensis, eius sororis filius, Gallus, Episcopus Pampilonensis Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ post S. R. E. Vicecancellarius.

Frater Guillelmus Farinerij Aquitanus, Gallus, ordinis fratrum minorum X X. Generalis minister Theologus, Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Frater Nicolaus Rossellì Arrago Hispanus ordinis prædicatorum Theologus, ex prouinciali, & Inquisitore Arragoniæ, Presbyter Card. tt. S. Xysti.

TERTIA VIII. CARDINALIVM CREATIO.

Anno Domini MCCCLXI. *Pontific.* IX. XV. *Cal. Octobris Auinione Papa Innocentius* VI. *tertio creauit Cardinales, qui fuerunt*

Frater Fortanerius *Vassell Valuensis, Vasco, Gallus, ordinis minorum* XIX. *Generalis minister Theologus; ex Episcopo Maßiliensi Archiepiscopus* Rauennas, *&* Patriarcha Gradensis, *Presbyter Cardinalis obijt ante adeptum pileum.*

Egidius Issalnij Bellamera de Monte acuto, Gallus, Auditor Rotæ Episcopus Morinensis LL. D. *Presbyt. Card.* SS. *Syluestri, & Martini, tt. Equitij.*

Frater Andoinus de Roca Burgundus, *Gallus, monachus, & Abbas Cluniacensis* Theologus *Presbyter Card. tt. S. Marcelli.*

NOVISSIMA huius uoluminis pars annos complectitur CLXXX. ab Vrbani VI. Papæ creatione ad secundum Pauli IIII. Pontificis Maximi Pontificatus annum, qui est annus salutis MDLVII. quam propter schisma omnium quæ fuere, quæque futura sunt (ut existimo) peßimum, & longißimum à superiore sciunxi. quum eodem tempore Vrbanus VI. Romæ, Clemens uero VII. Auinione in Gallis Pontificatus iura tenerent. accedit quod Vrbanus VI. primus fuit, qui in urbe post tot annorum interuallum, quo Romana curia trans montes permanserat, creatus fuerit: Gregorius enim XI. qui ante eum Romanus Pontifex fuit, Romanam curiam ex Auinione ad Vrbem reduxerat. Porro autem omnis fere hæc pars prodijt ex officina Triuulciana; quam (ut dixi) ex multis monumẽtis uir ille omnibus seculis laudandus in unum congesserat. ego uero multa ex his habui ab integerrimo uiro Triuulcio Gualtero Vrbeuetano, cuius frater qui hodie est Episcopus Viterbiensium, quum Triuulcii Cardinalis à secretis fuisset, multas ex eius lucubrationibus ab eo moriente acceperat. non parum quoque luminis huic rei attulit, & alius eiusdem

eiusdem generis liber ex eadem erutus Bibliotheca, *quem mihi accommodauit uir reuerentissimus, & dominus meus*, Rodulphus Pius, *Carpensis*, S. R. E. *Episcopus Card.* Portuensis, & S. *Rufinæ, bonorum omnium, & literatorum in primis studiosissimus.*

VRBANVS VI. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCCLXXVIII.

SIGNVM VRBANI PAPAE VI.

* * *



RBANVS PAPA VI. *Bartholomæus* 203
Butillus antea uocatus, Neapoli *in platea* Vindi, *in loco, qui uulgo* Infernus *appellatur, familia* Prægnana *patre* Pisano, & *matre* Neapolitana *utrisque ignobilibus ortus est. fuit autem utriusque iuris doctor, & in* Romana *curia post reditum* Gregorij *Papæ* X I. *ad urbem pro* Petro Presbytero *Cardinale tt.* S. Anastasiæ, & S. R. E. *Vicecancellario absente*, Cancellariæ Apostolicæ *in* Italia *regens, primo Archiepiscopus* Acheruntinus, *mox* Barensis *à* Gregorio *Papa* X I. *eius prædecessore factus; quo mortuo, undecimo uacantis sedis die* Romæ, *ipse à sexdecim* Cardinalibus *tunc apud* Basilicam S. Petri *in Conclaui existentibus, qui inter se concordes esse non poterant, ut unum ex sui collegij corpore eligerent, non Cardinalis* VI. Idus *Aprilis anni* MCCCLXXVIII. *Pontifex Maximus renunciatus, die sequenti omnium suffragijs, in* Apostolica *sede locatus est, &* XIIII. *Calendas Maij in die* Paschæ *per* Iacobum *Cardinalem* Vrsinum S. R. E. *Archidiaconi locum tenentem suæ coronationis, omnibus Cardinalibus cõsentientibus, insignia suscepit.* *Sedit autem in* Apostolica *sede* Imp. *Cæsare* VVenceslao Boëmo *Augusto, annos* 11. *menses* 6. & *dies* 8.

CARDINALES XXIII. VIVI QVANDO VRBANVS PAPA VI. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES V.

VRBANVS PAPA V.

* Frater Anglicus Episcopus Card. Albanus Decanus.

INNOCENT. VI. ET VRBAN. V.

* Egidius Issalnij Episcopus Card. Tusculanus.

INNOCENT. VI. ET GREG. XI.

* Ioannes de Blansaco Episcopus Card. Sabinus.

VRBANVS V. ET GREG. XI.

Petrus Corsinus Episcopus Card. Portuensis & S. Rufinæ.

GREGORIVS PAPA XI

Ioannes de Croso Episcopus Card. Prænestinus, maior Pœnitentiarius.

Ecclesia Ostiensis uacabat.

PRESBYTERI CARDINALES XII.

INNOCENTIVS PAPA VI.

* Petrus tt. S. Anastasiæ, S. R. E. Archipresbyter, & Vicecancellarius.

VRBANVS PAPA V.

Guillelmus tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Franciscus Thebaldescus tt. S. Sabinæ.

GREGORIVS PAPA XI.

Frater Bertrandus Lagerij tt. S. Priscæ.

* Frater Guillelmus S. Vitalis, tt. Vestinæ.

Robertus Presbyt. Card. Basilicæ Apostolorum

Simon SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij.

Hugo tt. SS. quatuor Coronatorum.

Guido tt. S. crucis in Hierusalem.

* Frater Ioannes de Grangia, tt. S. Marcelli.

Petrus tt. S. Laurentij in Lucina.

Frater Gerardus tt. S. Clementis.

DIACONI CARDINALES VI.

INNOCENTIVS PAPA VI.

* Hugo S. Mariæ in porticu, S. R. E. Archidiaconus.

GREGORIVS PAPA XI.

Iacobus Vrsinus S. Georgij in Velabro.

Petrus Flandrini S. Eustachij.

Guillelmus Nouelletti S. Angeli.

Petrus de Veruco S. Mariæ in uia lata.

Petrus de Luna S. Mariæ in Cosmedin.

Stellula aliquibus Cardinalibus præfixa, eos absentes in electione Pontificis fuisse demonstrat.

CREATIO EPISCOPI CARDINALIS.

Papa Vrbanus V I. Post Coronationem suam Romæ fratrem Bertrandum Presbyterum Card. tt. S. Priscæ Episcopum Ostiensem, & Veliternum creauit.

SCHISMA IN ROMANA ECCLESIA XXVIII.

Vrbano Papa V I. creato, & coronato, Cardinales omnes tam Itali, quàm Galli uno Cardinali tt. S. Sabinæ excepto, qui usque ad mortem, quæ ei non longe post accidit, in Vrbani fide permansit, dolentes Pontificem nimis contumacem, morosum, asperum, & inhumanum delegisse, eius mores pertæsi, tertio post eius creationem mense, circa finem mensis Iunij, conficta uitandi caloris æstiui caussa, Anagniam concesserunt, ibiq; coniuratione facta ab eo defecere, atque V. Idus Augusti per Patriarcham Constantinopolitanum de mandato, & unanimi eorundem Cardinalium consensu, declaratum, & publicatum fuit, ipsum Vrbanum non esse, neque unquam fuisse uerum Papam, sicq; ei Pontificatum abrogant, Bartholomæum Barensem intrusum eum appellantes, occasione accepta, quod metu populi Romani, & non liberis suffragiis Papa creatus, & coronatus esset; quod tamen falsum fuisse omnibus manifestum erat. his peractis Septembri sequenti, Fundos Campaniæ ciuitatem Anagnia discedentes accesserunt, ibique expectatis quos in suam paulatim traxere sententiam Cardinalibus Italis, qui per uaria Campaniæ loca rerum exitus expectantes manebant, sub protectione Honorati Caietani comitis Fundorum pro Romana ecclesia Campaniæ Gubernatoris, & non sine auxilio, & fauore Ioannæ primæ Neapolitanorum Reginæ, Vrbano iterum tanquam intruso, & sedis Apostolicæ inuasore damnato, conclaue ingressi sunt; ubi XII. Cal. Octobris anni Domini MCCCLXXVIII. in schismate contra Vrbanum Papam V I. Antipapam elegerunt Robertum ex Comitibus Gebennensibus Presbyterum Cardinalem Basilicæ SS. XII. Apostolorum, qui Clemens V I I. appellatus est; qui Auinionem profectus ibidem cathedram Pontificalem firmauit; sic q; pessimum & diuturnum schisma inchoatum est, omnisq; Respublica Christiana diuisa: Clemens enim à Gallis omnibus, Hispanis, & Regnicolis susceptus est. Germania uero omnis, Hungaria, Anglia, & Italiæ pars Vrbani Papæ V I. partes sequutæ sunt. durauit autem hoc schisma annos continuos unum, & quinquaginta uidelicet

usque ad annum Domini MCCCCXXIX.

PRIMA CREATIO XXVI. CARDINALIVM.

Vrbanus igitur solus ab omnibus Cardinalibus relictus, excepto Cardinale tt. S. Sabinæ, qui etiam XIII. *Cal. Septembris* Romæ *obierat, audita Clementis Papæ* VII. *electione, rebus iam desperatis, quum nullus amplius concordiæ locus relictus esse uideretur, nullumq; haberet Cardinalem. anno Domini* MCCCLXXVIII. *Pontificatus sui primo* XIIII.*Cal. Octobris, Romæ in Basilica S. Mariæ Transtiberim fecit primam Cardinalium ordinationem, qua simul sex, & uiginti Cardinales creauit, uiros ex omni obedientia sua electos, graues, & prudentes, qui fuere*

Guillelmus Patriarcha Hierosolymitanus, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Frater Thomas de Firignano Mutinensis, ordinis minorum Generalis minister, Theologus, Patriarcha Gradensis, Presbyter Card. tt. S. Laurentij in Damaso.

Franciscus Prægnanus Neapolitanus nepos suus, Archiepiscopus Pisanus, Presbyter Cardinalis tt. S. . . . post, S. R. E. Vicecancellarius.

Pileus de Pratis Concordiensis, diœcesis Aquilegiensis, Foroiuliensis, Archiepiscopus Rauennas, Presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis.

Ioannes Archiepiscopus Corfiensis, Presbyter Cardinalis tt. S. Sabinæ.

. . . Archiepiscopus de Virsoglie, Presbyter Cardinalis tt. S. . . .

. . . Episcopus de Edena, Presbyter Card. tt. S. . . .

. . . Episcopus de Seme, Presbyter Card. tt. S. . . .

Lucas de Gentilibus Camers Picenus Episcopus Lucerinus, Presbyter Card. tt. S. Xysti.

Frater Philippus Gezza Romanus, de regione Parionis, ordinis prædicatorum Theologus, Episcopus Tiburtinus, Presbyter Cardinalis tt. S. Susannæ.

Poncellus Vrsinus Romanus Episcopus Auersanus, Presbyter Card. tt. S. Clementis.

Rainulphus de Monturuco Lemouicensis, Gallus, Episcopus Sistaricensis Presbyter Card. S. Pudentianæ tt. Pastoris, & Cancellariæ Apostolicæ regens.

Eleazarus Episcopus Theatinus Presbyt. Cardinalis, maior Pœnitentiarius.

Philippus Carapha Neapolitanus Episcopus Bononiensis Presbyter Card.

tt. S. Martini in montibus.

Adam Anglus Episcopus Londoniensis Presbyter Card. tt. S. Caeciliae.

Petrus Hispanus Eiscopus Palentinus Presbyter Cardinalis.

Adreas Bontempus ciuis, & Episcopus Perusinus, tt. SS. Marcellini, & Petri.

Agapitus de Columna Romanus Episcopus Vlixponensis, Presbyter Card. tt. S. Priscae.

Frater Nicolaus Miscinus de Carractiolis Neapolitanus, ordinis praedicatorum Theologus, inquisitor in regno Siciliae, Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Frater Lodouicus Donatus Venetus ordinis minorũ Theologus, inquisitor Venetiae, Presbyter Cardinalis tt. S. Marci.

Guillelmus de Capua Neapolitanus filius comitis Altauillae electus Archiepiscopus Salernitanus, Diaconus Card. S. Mariae in Cosmedin.

Stephanus de Columna Romanus Protonotarius Apostolicus, Diac. Card. S. Eustachij.

Lodouicus de Capua Neapolitanus Protonot. Apostolic. Diac. Card. S. Mariae nouae.

Gentilis de Sangro Neapolitanus Protonot. Apost. Diac. Card. S. Hadriani.

Stephanus Sanseuerinus Neapolitanus Protonot. Apostolic. Diac. Card.

Galeottus Tarlatus de Petra mala, Aretinus, Tuscus Protonotarius Apostolicus, Diaconus Cardinalis. S. Agathae.

SECVNDA CREATIO III. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCLXXIX. Pontificatus II. Papa Vrbanus VI. Romae iterum creauit Cardinales, hi fuere

Ioannes Boẽmus Archiepiscopus Pragensis, Presbyter Card. Basilicae SS. XII. Apostolorum.

Demetrius Hungarus Archiepiscopus Strigoniensis, Presbyter Card. tt. SS. IIII. Coronatorum.

Valentinus Hungarus Episcopus Quinqueecclesiensis Presbyter Card. tt. S. Sabinae.

TERTIA CREATIO VIII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCLXXXI. Pontificatus IIII. mense Decembri, Romae Vrbanus Papa VI. tertio creauit Cardinales, qui fuere

Philippus de Alenconio, Gallus, regio Francorum regum genere oriundus, Patriarcha Aquileiensis Presbyt. Card. S. Mariæ Transtiberim tt. Calisti.

Frater Bartholomæus de Cocurno de Clauari ordinis minorum Theologus, ciuis, & Archiepiscopus Genuensis, Presbyter Card. tt. S. Laurentii in Damaso.

Marinus Amalphitanus Archiepiscopus Tarentinus, S. R. E. Camerarius Presbyter Card. S. Pudentianæ, tt. Pastoris.

Bartholomæus Mezzauacca Bononiensis, Episcopus Reatinus, Auditor Rotæ tt. S. Marcelli.

Perinus Tomacellus Neapolitanus ex Acolyto, & Protonotario Apostolico, Diaconus Card. S. Georgij in Velabro.

Thomas Vrsinus de Manupello Romanus Protonot. Apostolic. Diac. Card. S. Mariæ in Domnica.

Landulphus Marramaurus Neapolitanus electus Archiepiscopus Barensis S. Nicolai in carcere Tulliano.

Lodouicus de Flisco Genuensis Diac. Cardinalis S. Hadriani.

QVARTA CREATIO XVIII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCXCV. Pontificatus VII. VII. Idus Ianuarij Luceriæ Christianorum in Apulia Vrbanus Papa VI. quinto creauit Cardinales. qui fuerunt

Lodouicus de Misna Germanus Archiepiscopus Moguntinus.
Fridericus Germanus Archiepiscopus Coloniensis.
Cuno Germanus Archiepiscopus Treuerensis.
Arnoldus Germanus Episcopus Leodiensis.
VVenceslaus Germanus Episcopus Vratislauiensis.
} *Hi sex Presbyteri Cardinales creati sunt, sed pileum recusantes, dignitatem accipere noluerunt.*

Petrus de Rossemburgo Boëmus Clericus.

Stephanus Palosius Romanus ex canonico S. Mariæ maioris Episcopus Tudertinus, Papæq; in urbe Vicarius, Presbyter Card. tt. S. Marcelli.

Angelus Acciaiolus ciuis, & Episcopus Florentinus, Presbyter Card. tt. S. Laurentii in Damaso.

Franciscus Carbonus Neapolitanus, Episcopus Monopolitanus, Presbyter Card. tt. S. Susannæ, & S. R. E. maior Pœnitentiarius.

Frater Bonauentura de Peraga Patauinus, ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini Prior Generalis, Theologus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.

Marinus Bulcanus Neapolitanus eius propinquus, ex Subdiacono, & Protonotario Apostolico, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, et S.R.E. Camerarius.
Franciscus de Alifia Neapolitanus Diac. Card. S. Eustachij.
Rainaldus Brancacius Napolitanus ex Acolyto Apostolico Diac. Card. SS. Viti, & Modesti in Macello Martyrum.
Ioannes Stephanescus Romanus de Transtiberim Diac. Card. S. Georgij in Velabro.
Frater Angelus de Anna Neapolitanus monachus Camaldulensis, electus Episcopus Laudensis, Diaconus Card. S. Luciæ in septisolio.
Raimundellus Vrsinus Romanus filius comitis Nolani, Diaconus Cardinalis.
Ioannes Carlonus Neapolitanus Diaconus Cardinalis.
Franciscus Castagnola Neapolitanus Diaconus Cardinalis.
Hi quatuor ultimi Diaconi Cardinales, non nisi Genuæ publicati sunt XVII. Cal. Nouembris eiusdem anni.

EPISCOPI CARDINALES IIII. CREATI AB VRBANO PAPA VI.

Guillelmus Patriarcha Hierosolymitanus ex Presbytero tt. S. Stephani in monte Cœlio, Episcopus Card. Tusculanus.
Frater Thomas de Firignano, ex Presbytero Card. tt. S. Laurentij in Damaso, Episcopus Card. Tusculanus.
Franciscus Prægnanus, S. R. E. Vicecancellarius, ex Presbytero Card. Episcopus Card. Prænestinus.
Philippus de Alenconio, ex Presbytero tt. Calisti, Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Veliternus.
Guillelmus de Capua ex Diacono S. Mariæ in Cosmedin, Presbyter Card. tt. S. Eusebij.
Perinus Tomacellus ex Diacono S. Georgij in Velabro Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ.
Ioannes Stephanescus ex Diacono S. Georgij in Velabro Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.

Papa Vrbanus VI. quatuor ordinationibus mensibus Ianuario, Septembri, & Decembri factis LV. creauit Cardinales, uidelicet Episcopos IIII. Psesbyteros XXXV. & Diaconos XVI.

VICECANCELLARII S.R.E. SVB VRBANO PAPA VI.

Petrus de Monturuco Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ, ab anno primo Pontificatus ad octaui partem.
Rainulphus de Monturuco Lemouicensis, Presbyter Card. S. Pudentianæ, tt. Pastoris, Cancellariæ Apostolicæ regens, absente Petro de Monturuco ab anno Pontificatus primo ad quintum.
Franciscus Prægnanus Neapolitanus Presbyter Cardinalis, Cancellariæ Apostolicæ regens, pro Petro de Monturuco absente ab anno V. ad VIII.
Franciscus idem Episcopus Cardinalis Prænestinus, S. R. E. Vicecancellarius, in obedientia Vrbani Papæ VI. ab anno VIII. ad finem Pontificatus.

CARDINALES XIX. MORTVI VEL PRIVATI SVB VRBANO PAPA VI.

Franciscus Thebaldescus Romanus Presbyter Card. tt. S. Sabinæ, obijt Romæ XIII. Cal. Septembris anno MCCCLXXVIII. Pontificatus primo.
Guillelmus Patriarcha Hierosolymitanus, Episcopus Card. Tusculanus, obijt Romæ anno MCCCLXXX. Pontificatus III.
Ioannes Boëmus Archiepiscopus Pragensis, Presbyter Card. Basilicæ SS. XII. Apostolorum obijt Pragæ in Boemia anno MCCCLXXXI. Pontificatus IIII.
Rainulphus de Monturuco Lemouicensis, Gallus, Presbyter Card. tt. Pastoris Cancellariæ Apostolicæ regens, obiit Romæ XVIII. Cal. Septembris, anno MCCCLXXXII. Pontificatus V. sepultus ante fores tituli sui Romæ.
Bartholomæus Mezauacca Bononiensis Presbyter Card. tt. S. Marcelli Suessæ ab Vrbano Papa VI. dignitatibus omnibus, & Cardinalatu priuatus est, Idibus Octobris anni MCCCLXXXIII. Pontificatus VI.
Ioannes Archiepiscopus Corsiensis Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.
Adam Anglus Presbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ.
Frater Lodouicus Donatus Venetus Presbyter Card. tt. S. Marci.
Frater Bartholomæus de Cocurno Genuensis, tt. S. Laurentij in Damaso.
Marinus Amalphitanus, Presbyter Card. tt. Pastoris, & S. R. E. Camerarius, & Gentilis de Sangro Neapolitanus Diac. Card. S. Hadriani, Luceriæ Christianorũ in Apulia ab Vrbano Papa VI. IIII. Nonas Ianuarij, anni

rij, anni MCCCLXXXV. Pontificatus sui VII. omnibus dignitatibus priuati sunt, dirisque carceribus mancipati, atque anno sequenti MCCCLXXXVI. mense Decembri Genuæ eius iussu omnes necati sunt, uno Cardinali Anglico excepto, quem omnibus facultatibus, & dignitate mulctatum, ad preces regis Anglorum dimisit.

Eleazarus Presbyter Cardinalis, & S. R. E. maior Pœnitentiarius, Luceriæ Christianorum ab Vrbano Papa VI. Cardinalatu priuatus est anno MCCCLXXXV.

Landulphus Maramaurus Neapolitanus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano Cardinalatu priuatus est Luceriæ Christianorum anno MCCCLXXXV.

Franciscus Castagnola Pauli filius, Neapolitanus Diaconus Cardinalis, obijt XVII. Cal. Decẽbris, ante adeptam Diaconiam anno MCCCLXXXV. Pontificat. VIII.

Philippus de Alẽconio, Gallus, Episcopus Card. Sabinus, priuatus Cardinalatu Genuæ ab Vrbano Papa VI. anno MCCCLXXXVI. Pontificatus IX.

Pileus de Pratis Concordiensis Presbyter Card. tt. S. Praxedis Genuæ ab Vrbano Papa VI. dignitate mulctatus, Auinione ad Clementem VII. se contulit, à quo in suorum Cardinalium collegium cooptatus est, anno MCCCLXXXVII.

Galeottus Tarlatus de Petramala Aretinus, Diac. Card.. Agathæ Genuæ ab Vrbano Papa VI. priuatus, Auinionem profectus est cum Pileo Cardinale, anno MCCCLXXXVII. ubi à Clemente VII. Diac. Cardinalis S. Georgij in Velabro iterum creatus, non longe post ab eo defecit, & ad Vrbanum est reuersus, à quo, quum restitutus ad pristinam dignitatem fuisset, non longe post obijt, eiusque cadauer in monte Aluerniæ ad fratrum minorum ecclesiam sepultum est.

Frater Bonauentura de Peraga Patauinus ord. eremitarum Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, obijt Romæ anno MCCCLXXXIX. sepultus in eccclesia S. Tryphonis post ad S. Augustinum in capella S. Nicolai translatus.

Guillelmus de Capua Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Eusebij, obijt Romæ X. Cal. Augusti, anno MCCCLXXXIX. Pontificatus XII.

Frater Nicolaus Miscinus de Carractiolis Neapolitanus ord. prædicatorum Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, obijt Romæ IIII. Cal. Augusti Anno MCCCLXXXIX. cadauer ibidem ad prædicatores sepultum est.

CARDINALES XV. INCERTO TEMPORE MORTVI SVB VRBANO PAPA VI.

Frater Thomas de Firignano Mutinensis ord. minorum, Episcopus Cardinalis Tusculanus obijt Romæ sepultus ad ecclesiam S. Mariæ de Aracœli ordinis sui.

. . . Archiepiscopus de Virsoglie Presbyter Cardinalis.

. . . Episcopus de Edina Presbyter Cardinalis,

. . . Episcopus de Seme Presbyter Cardinalis.

Lucas de Gentilibus Camers Picenus Presbyter Card. tt. S. Xysti, obijt & sepultus est Camerini in ecclesia Cathedrali post annum Christi MCCCLXXXVIII.

Frater Philippus Gezza Romanus de regione Parionis ord. prædicatorum, Presbyter Card. tt. S. Susannæ, obijt Romæ, sepultus in titulo S. Sabinæ.

Philippus Carafa Neapolitanus, Presbyter Card. tt. Equitij, obijt Bononiæ, cuius Episcopus erat, sepultus in sacrario ecclesiæ cathedralis.

Petrus Hispanus Episcopus Palentinus Presbyter Cardinalis, obiit in Hispania.

Agapitus de Columna Romanus, Presbyter Card. tt. S. Priscæ, obijt Romæ V. Idus Octobris anni MCCCLXXX. . . . *sepultus ad S. Mariam maiorem.*

Stephanus de Columna Romanus Diac. Card. S. Eustachij obijt Romæ sepultus in S. Maria maiore.

Lodouicus de Capua Neapolitanus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

Stephanus Sanseuerinas Neapolitanus, Diaconus Cardinalis.

Demetrius Hungarus, Presbyter Card. tt. SS. IIII. *Coronatorum, obijt in Hungaria.*

Raimundilus Vrsinus Romanus, filius Comitis Nolani Diac. Cardinalis.

Ioannes Carlonus Neapolitanus, Diaconus Cardinalis.

OBITVS VRBANI PAPAE VI.

Anno Domini MCCCLXXXIX. III. *Idus Octobris Romæ Papa Vrbanus* VI. *nullo recepto ecclesiæ sacramento, in palatio Apostolico apud S. Petrum mortuus est. cadauer in Basilica S. Petri sepultum. uacauit eo mortuo sedes dies 19.*

Eodem anno XVII. *Calendas Nouembris, quarto die post obitum Vrba-*

ni Papæ VI. *Romæ in Basilica* S. *Petri eius Nouendialia more maiorum à Cardinalibus præsentibus celebrari sunt cœpta.*

Eodem anno VIII. *Cal. Nouembris, finitis exequijs Papæ Vrbani* VI. *& Missa Spiritus sancti per Franciscum Episcopum Card. Prænestinum cantata, Cardinales* XIII. *conclaue ingressi sunt, paratum in Apostolico palatio* S. *Petri pro electione noui Pontificis. quo clauso* VI. *Cal. Nouembris Andreas Bontempus Cardinalis Perusinus, ex Marchia Anconitana ubi erat Legatus ueniens ad Vrbem, eo die & ipse conclaue ingressus est, auctoq; patrum numero* XIIII. *facti qui post aliquas contentiones* IIII. *Calendas Nouembris, elegerunt in Papam Perinum Tomacellum Neapolitanum, Presbyterum Cardinalem tt.* S. *Anastasiæ, qui Bonifacius Papa* IX. *appellatus est.*

BONIFACIVS IX. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCCLXXXIX.

SIGNVM BONIFACII PAPAE IX.

* * *

BONIFACIVS PAPA IX. *Petrus, uel Perinus antea uocatus, Neapoli familia Tomacella ortus, ex Acolyto, & Protonotario Apostolico primo Diaconus Cardinalis* S. *Georgij in Velabro, mox Presbyter tt.* S. *Anastasiæ ab Vrbano Papa* VI. *creatus est. quo mortuo Romæ, à Cardinalibus obedientiæ Vrbani, in schismate contra Clementem* VII. IIII. *Nonas Nouembris anni* MCCCLXXXIX. *Pontifex Maximus renunciatus* III. *Idus Nouembris consecratus, & coronatus est.* 204

Sedit autem Romæ in schismate contra Clementem VII. *& eius successorem Benedictum* XI. *Auinione commorantes Impp. Cæsaribus VVenceslao, & Ruperto Augustis annos* 14. *& menses* 11.

CARDINALES XV. VIVI QVANDO BONIFACIVS PAPA IX. CREATVS EST.

VRBANVS PAPA VI.

EPISCOPI CARDIN. I.

Frãciscus Episcopus Cardinalis Prænestinus, Decanus, & Vicecancellarius.

PRESBYTERI CARDINALES VIII.

Poncellus Vrsinus *tt. S. Clementis*, S. R. E. *Archipresbyter.*
Andreas Bontempus *tt. SS. Marcellini, & Petri.*
Valentinus Hungarus *tt. S. Sabinæ.*
Stephanus Palosius *tt. S. Marcelli, Vicarius Papæ.*
Angelus Acciaiolus *tt. S. Laurentij in Damaso.*
Franciscus Carbonus *tt. S. Susannæ, maior Pœnitenttiarius.*
Perinus Tomacellus *tt. S. Anastasiæ.*
Ioannes Stephanescus *tt. S. Cæciliæ.*

DIACONI CARDINALES VI.

Thomas Vrsinus *S. Mariæ in Domnica* S. R. E. *Archidiaconus.*
Lodouicus de Flisco *S. Hadriani.*
Marinus Bulcanus *S. Mariæ nouæ* S. R. E. *Camerarius.*
Franciscus de Alisia *S. Eustachij.*
Rainaldus Brancatius *SS. Viti, & Modestæ in macello martyrum.*
Frater Angelus de Anna *S. Luciæ in Septisolio.*

PRIMA CREATIO VII. CARDINALIVM.

Anno domini MCCCLXXXIX. *Pontificatus primo* XV. *Cal. Ianuarij, Romæ* Bonifacius *Papa* IX. *primo creauit Cardinales, in quibus quatuor nouos creauit, & tres ab* Vrbano VI. *priuatos restituit; qui fuere*

Henricus Minutolus *ciuis, & Archiepiscopus* Neapolitanus, *Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ.*

Adam Anglus *Episcopus* Londoniensis *restitutus Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.*

Frater Bartholomæus Vliarius Patauinus, *ordinis minorum Theologus, Episcopus* Florentinus, *Presbyter Card.S.Pudentianæ tt. Pastoris.*

Cosmatus Melioratus Sulmonẽsis, *Episcopus* Bononiensis, *Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hierusalem.*

Christophorus Marronus Romanus, *Episcopus* Eserniensis, *Presbyter Cardi.tt. S.Cyriaci in Thermis, post Archipresbyter S. Petri.*

Bartholomæus Mezauacca Bononiensis *restitutus Presbyter Card. tt. S. Martini in montibus.*

Landulphus Maramaurus Neapolitanus, *electus Archiepiscopus* Barensis, *restitutus Diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.*

SECVNDA CREATIO VNIVS CARD. RESTITVTI.

Anno Domini MCCCXC. Pontificatus primo à Papa Bonifacio IX. Romæ.

Philippus de Alenconio, Gallus restitutus est, factusq; Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

TERTIA CREATIO VNIVS CARDINALIS RESTITVTI.

Anno Domini MCCCXCI. Pontificat. II. Idibus Februarij Romæ, à Papa Bonifacio IX. restitutus est ad Cardinalatum.

Pileus de Pratis, Concordiensis Diœcesis Aquileiensis Foroiuliensis, factusq; est Episcopus Cardinalis Tusculanus.

QVARTA CREATIO DVORVM CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCII. Pontificatus XIII. VI. Calendas Februarij, Romæ Papa Bonifacius IX. quarto creauit Cardinales, qui fuere

Antonius Caietanus Romanus, Patriarcha Aquileiensis, Presbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ, post maior Pœnitentiarius.

Balthassar Cossa Neapolitanus, Archidiaconus Bononiensis, DD. D. Papæ cubicularius, Diaconus Card. S. Eustachij.

EPISCOPI CARDINALES V. CREATI A BONIFACIO PAPA IX.

Philippus de Alenconio Episcopus, Card. Ostiensis, & Veliternus.

Pileus de Pratis, Concordiensis Episcopus Card. Tusculanus.

Angelus Acciaiolus Florentinus, ex Presbytero tt. Damasi Vrbani VI. Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

Franciscus Carbonus Neapolitanus, ex Presbytero tt. S. Susannæ, Vrbani VI. Episcopus Card. Sabinus.

Henricus Minutolus Neapolitanus ex Presbytero tt. S. Anastasiæ Episcopus Cardinalis Tusculanus.

Frater Angelus de Anna Neapolitanus ex Diacono Cardinale S. Luciæ in Silice Vrbani VI. Presbyter Card. S. Pudentianæ tt. Pastoris.

Papa Bonifacius IX. quatuor ordinationibus mensibus Ianuario, & Decembri factis XI. creauit Cardinales, in quibus quinque ab Vrbano

Papa V I. *priuatos restituit. fecit autem ex his* Episcopos quinque, *sed quatuor ex antiquis, uel restitutis Cardinalibus.* Presbyteros V I I. *sed duos ex his, quos* Vrbanus Papa V I. *priuauerat, & alterum ex antiquis* Diaconis, & Diaconos *duos, in quibus unus erat restitutus. creauit igitur Cardinales nouos tantum* V I. *uidelicet* Episcopum I. Presbyteros I I I I. & Diaconum *unum.*

VICECANCELLARII S.R.E. SVB BONIFACIO PAPA IX.

Franciscus Prægnanus Neapolitanus, *Episcopus Card. Prænestinus ab anno Pontificatus primo ad initium* V.

Angelus Acciaiolus Florentinus, *ex Presbytero Cardinale tt. S.Laurentij in Damaso, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, ab anno* V. *ad finem Pontificatus.*

CARDINALES XIII. MORTVI SVB BONIFACIO PAPA IX.

Ioannes Stephanescus Romanus, *Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, obijt* Romæ *mense Decembris anno* M C C C L X X X I X. *Pontifica.* I. *sepultus ad S. Petrum.*

Thomas Vrsinus de Manupello Romanus, *Diac. Card. S. Mariæ in Domnica, obijt* Romæ V I. *Idus Iulii anno* M C C C X C. *Pontific.* I. *sepultus ad S. Petrum.*

Andreas Bontempus Perusinus *Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri, obiit Recaneti in legatione Picena* X V I I. *Cal. Augusti eodem anno, ibidemq; in cathedrali sepultus.*

Franciscus de Alifia Neapolitanus, *Diac. Card. S. Eustachij obijt* V. *Cal. Octobris anno* M C C C X C. *Pontificatus primo Romæ.*

Franciscus Prægnanus Neapolitanus, *Episcopus Card. Prænestinus, & S. R. E. Vicecancellarius, obijt* Romæ V I I I. *Idus Februarij, anno* M C C C X C I I I I. *Pontific.* V.

Marinus Bulcanus Neapolitanus, *Diac. Card. S. Mariæ nouæ, & S. R. E. Camerarius, obijt* Romæ V I. *Idus Augusti anno* M C C C X C I I I I. *sepultus in* Diaconia *sua.*

Poncellus Vrsinus Romanus, *Presbyter Card. tt. S. Clementis, obiit* Romæ I I I I. *Nonas Februarii anno* M C C C X C V. *Pontificatus* V I.

Frater Bartholomæus Vliarius Patauinus *ordinis minorum, Presbyter*

Card. tt. Pastoris, obiit Caietæ in legatione Neapolitana XVI. Cal. Maij anno MCCCXCVI. Pontific. VII. cadauer ibidem ad minores sepultum est.

Bartholomæus Mezauacca Bononiẽsis, Presbyter Card. tt. Equitij obijt Romæ III. Cal. Augusti anno MCCCXCVI. sepultus ad S. Mariam maiorem.

Philippus de Alenconio, Gallus, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, obijt Romæ XVIII. Cal. Semptembris anno MCCCXCVII. Pontific. VIII. sepultus ad S. Mariam Transtiberim.

Adam Anglus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, obijt Romæ XIII. Cal. Octobris anno MCCCXCVII. sepultus in titulo suo.

Stephanus Palosius Romanus, Presbyter Card. tt. S. Marcelli, & S. R. E. Camerarius, obiit Romæ III. Cal. Maij anno MCCCXCVIII. Pontific. IX. sepultus ad S. Mariam maiorem.

Pileus de Pratis Concordiensis, Episcopus Card. Tusculanus, obijt Patauij mense Decembri, anni MCCCXCVIII. Pontificatus IX. cadauer ibidem in cathedrali sepultum est.

OBITVS BONIFACII PAPAE IX.

Anno Domini MCCCCIIII. Calendis Octobris Romæ, in palatio Apostolico apud sanctum Petrum, obiit Bonifacius Papa IX. cadauer in Basilica S. Petri sepultum est. uacauit sedes dies 15.

Eodem anno V. Nonas Octobris, Romæ in Basilica S. Petri eius Nouendialia à Cardinalibus celebrari sunt cœpta.

Eodem anno IIII. Idus Octobris finitis exequijs Bonifacij Papæ IX. & Missa Spiritus sancti ab Episcopo Ostiense cantata, Cardinales octo, qui tunc in urbe aderant, conclaue paratum in Apostolico palatio apud S. Petrum ingreßi sunt, pro noua Romani Pontificis electione, hoc iuramento astricti, ut quisquis Pontifex renunciatus esset, libere Pontificatu abdicaret, quoties & alterius obedientiæ Papa idem faceret, pro ecclesiæ catholicæ concordia, schismatisq; tollendi caussa, qui XII. Cal. Nouembris omnium uotis elegerunt in Papam Cosmatum Sulmonensem Presbyterum Cardinalem tt. S. Crucis in Hierusalem, qui Innocentius Papa VII. uocatus est.

INNOCENTIVS VII. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCCCIIII.

SIGNVM INNOCENTII PAPAE VII.

205 INNOCENTIVS PAPA VII. Cosmatus antea uocatus, ex prouincia Apulia, patria Sulmonensis, Valuensis, dioecesis, familia mediocri, quae Meliorata dicebatur, utrisque parentibus honestae conditionis ortus est. fuit autem utriusque iuris Doctor, & sub Vrbano Papa VI. Clericus Camerae Apostolicae, à quo etiam collector reddituum eiusdem Camerae, in regno Angliae est missus; postea ab eodem Vrbano Archiepiscopus Rauennas, in locum Pilei Cardinalis priuati, mox Bononiensis Episcopus cum commenda Rauennatis ecclesiae, deinde Romanae ecclesiae Thesaurarius, & Vicecamerarius creatus fuit, demum à Bonifacio Papa IX. in principio sui Pontificatus Presbyter Cardinalis tt. S. Crucis in Hierusalem factus, aliquot annis post, mortuo Stephano Palosio, S. R. E. Camerario, Camerariatus munus obtinuit. mortuo autem Bonifacio IX. Romae in eius locum in schismate omnium Cardinalium in conclaui existentium suffragijs XVI. Cal. Nouembris anni MCCCCIIII. Pontifex Maximus renunciatus IIII. Nonas Nouembris suae coronationis insignia suscepit.

Sedit autem Impp. Caess. Ruperto, & VVenceslao Augustis, in schismate contra Benedictum XIII. annos duos & dies 22.

CARDINALES XII. VIVI QVANDO INNOCENTIVS PAPA VII. FACTVS EST.

EPISCOPI CARDINALES III.

VRBAN. VI. ET BONIFAC. IX.

Angelus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus Decanus, S. R. E. Vicecancellarius.

Franciscus Carbonus Episcopus Card Sabinus, maior Poenitentiarius.

BONIFACIVS PAPA IX.

* Henricus Minutolus Episcopus Card. Tusculanus.

PRESBYTERI CARDINALES V.

VRBANVS PAPA VI.

* Valentinus Hungarus tt. S. Sabinae, S. R. E. Archipresbyter.

BONIFACIVS PAPA IX.

Cosmatus

Cosmatus tt. S. Crucis in Hierusalem, S. R. E. Camerarius.
Christophorus tt. S. Cyriaci in Thermis.

VRBAN. VI. ET BONIFAC. IX.

Frater Angelus S. Pudentianæ tt. Pastoris.

BONIFACIVS PAPA IX.

Antonius Caietanus tt. S. Susannæ.

DIACONI CARDINALES IIII.

VRBANVS PAPA VI.

* *Lodouicus S. Hadriani, S. R. E. Archidiaconus.*
Rainaldus SS. Viti, & Modestæ in macello Martyrum.

VRBANVS VI. ET BONIFAC. IX.

Landulphus S. Nicolai in carcere Tulliano.

BONIFACIVS PAPA IX.

* *Baldassar Cossa, Diac. Card. S. Eustachij.*

PRIMA CREATIO XI. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCV. Pontificatus primo, prid. Idus Iunij, Romæ Innocentius Papa VII. primo creauit XI. Cardinales; qui fuere

Conradus Carractiolus Neapolitanus, ex Patriarcha Gradensi, Archiepiscopus Nicosiensis, post Episcopus Melitensis, S. R. E. Camerarius Presbyter Card. tt. S. Chrysogoni.

Angelus Corarius Venetus Patriarcha Constantinopolitanus Presbyter Cardinalis tt. S. Marci.

Franciscus Huguccionius Vrbinas, Picenus V. I. D. Archiepiscopus Burdegalensis Presbyter Card. tt. SS. IIII. Coronatorum.

Iordanus Vrsinus Romanus, Archiepiscopus Neapolitanus, Presbyter Card. tt. Equitij.

Ioannes Melioratus Sulmonensis nepos suus V. I. Doctor Archiepiscopus Rauennas, Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hierusalem.

Frater Petrus Philareti Cretensis, Græcus, ordinis minorum Theologus, Archiepiscopus Mediolanensis Presbyter Card. Basilicæ SS. XII. Apostolorum.

Antonius Archionius Romanus, ex Episcopo Aquinate Asculanus, Presbyter Card. S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.

Antonius Caluus Romanus, ex canonico S. Petri Episcopus Tudertinus, Presbyter Card. tt. S. Praxedis, post Archipresbyter S. Petri.

Otho de Columna Romanus Protonotarius, & Referendarius Apostolicus

Diac. Card. S. Georgij in Velabro.

Petrus Hannibaldus Stephanescus Romanus, de regione Transtiberim, protonotarius, & Acolytus Apostolicus, Diac. Card. S. Angeli.

Ioannes Egidij Germanus, Præpositus Leodiensis V. I. Doctor, Auditor Rotæ Diaconus Cardinalis SS. Cosmæ, & Damiani.

EPISCOPVS CADINALIS CREATVS AB INNOCENT. VII.

Antonius Caietanus Romanus, ex Presbytero Cardinale tt. S. Ceciliæ Bonifacij IX. Episcopus Card. Prænestinus, & maior Pœnitentiarius.

Innocentius Papa VII. ordinatione una mense Iunio facta XII. creauit Cardinales, uidelicet Episcopum unum ex antiquo Presbytero, Presbyteros VIII. & Diaconos III.

Angelus Acciaiolus Florentinus, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus S.R.E. Vicecancellarius, sub Innocentio Papa VII.

CARDINALES III. MORTVI SVB INNOCENTIO PAPA VII.

Christophorus Marronus Romanus, Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, & Archipresbyter S. Petri, obiit Romæ prid. Nonas Decembris anno MCCCCIIII. Pontificatus primo, sepultus ad S. Petrum in Vaticano.

Franciscus Carbonus Neapolitanus Episcopus Card. Sabinus, & maior Pœnitentiarius, obijt Romæ XIIII. Cal. Iulij, anno MCCCCV. Pontificatus primo cadauer Neapolim Translatum in Cathedrali sepultum est.

Antonius Archionius Romanus, Presbyter Card. tt. Eudoxiæ, obijt Romæ XI. Cal. Augusti anno MCCCCV. sepultus ad S. Mariam maiorem.

OBITVS PAPAE INNOCENTII VII.

Anno Domini MCCCCVI. VIII. Idus Nouembris, Romæ in palatio Apostolico, apud S. Petrum, obijt Innocentius Papa VII. sepul-

tus in Basilica S. Petri. uacauit sedes dies 23.

Eodem anno V. Idus Nouembris Romæ in Basilica S. Petri Nouendialia Innocentij Papæ VII. ab eius Cardinalibus celebrari sunt cœpta. Quum schisma Romanæ ecclesiæ, in longum protraheretur, superioresq; Pontifices utriusque obedientiæ dominandi cupiditate adducti segnes omnino, & tardi ad concordiam faciendam se demonstrassent, Cardinales obedientiæ Vrbani VI. Innocentio VII. defuncto, hoc consilium sequuti sunt, ut eidem successorem hac lege darent, ut unusquisque Cardinalium sanctißimo sese obstringeret sacramento, quod si Pontifex eligi contigisset, nec Cardinales nouos crearet, & totis uiribus incumberet per uiam simplicis ceßionis Papatus ad unionem in ecclesia faciendam, dummodo & Benedictus XI. dictus XIII. idem faceret, quod & ipse, quando à suæ obedientiæ Cardinalibus factus fuit Pontifex, se facturum iurauerat. his igitur iuramentis religiosißime factis XIIII. Cal. Decembris, finitis exequijs Papæ Innocentij VII. & missa Spiritus sancti per Cardinalem Ostiensem cantata Cardinales numero XIIII. conclaue ingreßi sunt paratum in Apostolico palatio iuxta S. Petrum pro noui Pontificis electione, qui pridie Cal. Decembris elegerunt in Romanum Pontificem Angelum Corarium Venetum Presbyterum Cardinalem tt. S. Marci Octogenarium, qui Gregorius Papa XII. appellatus est.

GREGORIVS XII. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCCCVI.

SIGNVM GREGORII PAPAE XII.

*　*　*

GREGORIVS PAPA XII. Angelus antea uocatus, Vene- 206
tijs ex familia Patritia Coraria natus est. qui quum esset sacræ Theologiæ magister eximius, primo Episcopus Castellanus Venetijs, mox Chalcidis in Græcia, deinde Patriarcha Constantinopolitanus à Bonifacio IX. factus, ab eius demum successore Innocentio VII. Presbyter Card. tt. S. Marci creatus fuit, quum prius eius Referendarius, aßistens, & in palatio socius fuisset. quo mortuo Romæ in eius locum in schismate ipse à Cardinalibus pridie Cal. Decembris anni MCCCCVI. Romanus Pontifex renunciatus Nonis Decembris suæ

coronationis insignia suscepit.

Sedit autem in schismate contra Benedictum XI. *dictum* XIII. *annos duos, menses* VI. *& dies* VI. *& contra eundem Benedictum,* Alexandrum V. *& eius successorem* Ioannem XXII. *dictum* XXIII. *annos sex, & mensem unum* Impp. *Cæsaribus* VVenceslao, Ruperto, *&* Sigismundo Augustis.

CARDINALES XIX. OBEDIENTIAE VRBANI VI. VIVI QVANDO GREGORIVS PAPA XII. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES III.

VRBAN. VI. ET BONIF. IX.

Angelus Episcopus Card. *Ostiensis, & Veliternus Decanus, & S. R. E. Vicecancellarius.*

BONIFACIVS PAPA IX.

Henricus Minutolus, *Episcopus Card. Tusculanus.*

BONIFAC. IX. ET INNOC. VII.

Antonius Episcopus Card. *Prænestinus, S. R. E. maior Pœnitentiarius.*

PRESBYTERI CARDINALES IX.

VRBANVS PAPA VI.

* Valentinus Hungarus *tt. S. Sabinæ, S. R. E. Archipresbyter.*

VRBAN. VI. ET BONIFAC. IX.

Frater Angelus de Anna, *S. Pudentianæ tt. Pastoris.*

INNOCENTIVS PAPA VII.

Conradus *tt. S. Chrysogoni, S. R. E. Camerarius.*

Angelus Corarius *tt. S. Marci.*

* Franciscus *tt. SS. quatuor Coronatorum.*

Iordanus *SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitij.*

Ioannes *tt. S. Crucis in Hierusalem.*

* Frater Petrus *Basilicæ SS. XII. Apostolorum.*

Antonius Caluus *tt. S. Praxedis.*

DIACONI CARDINALES VII.

VRBANVS PAPA VI.

* Lodouicus de Flisco *S. Hadriani, S. R. E. Archidiaconus.*

Rainaldus *SS. Viti, & Modestæ in macello Martyrum.*

VRBAN. VI. ET BONIFAC. IX.

Landulphus *S. Nicolai in carcere Tulliano.*

BONIFACIVS PAPA IX.

* Balthassar Cossa, Diac. Card. S. Eustachij.

INNOCENTIVS PAPA VII.

Otho Columna S. Georgii in Velabro.
Petrus Hannibaldus S. Angeli.
Ioannes Egidii SS. Cosmæ, & Damiani.

PRIMA CREATIO IIII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCVIII. Pontificatus II. mense Iunio Lucæ in Tuscia Gregorius Papa XII. contra fidem sacramenti in electione sua de non creandis Cardinalibus præstitam, quatuor nouos fecit Cardinales, qui fuere

Frater Ioannes Dominici Florentinus ordinis fratrum Prædicatorum ex prouinciali Romano, Archiepiscopus Ragusinus, Presbyter Card. tt. S. Xysti.

Domnus Antonius Corarius Venetus eius fratris filius, Canonicus S. Georgii in Alga Venetiis, Episcopus Bononiensis, Patriarcha Constantinopolitanus, Presbyter Card. tt. S. Chrysogoni, & S. R. E. Camerarius.

Domnus Gabriel Condulmerius Venetus eius sororis filius, Canonicus S. Georgii in Alga Venetiis electus Episcopus Senensis, Protonotarius, & thesaurarius Apostolicus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, & paulo post Presbyter Card. tt. S. Clementis.

Iacobinus Vtinensis Foroiuliensis, protonotarius Apostolicus, Diac. Card. sine Diaconia, & paulo post S. Mariæ nouæ. qui tamen pro Cardinalibus non sunt recepti, usque ad concilium Constantiense, quando Gregorius ipse Pontificatu abdicauit.

CONCILIVM PISANVM ET GREGORII XII. BENEDICTIQ. XI. DICTI XIII. ABROGATIO.

Anno Christi MCCCCIX. Pontificatus Gregorij Papæ XII. anno secundo, & Benedicti XI. dicti XIII. XV. Cardinales obedientiæ Gregorij XII. uidentes negocium tollendi schismatis paulatim ad nihilum reduci, & non solum Gregorium, uerum etiam Benedictum ipsum concordiam detrectare, contra iuramenta, & fidem in eorum electionibus data, Gregorium quoque contra eadem sacramenta nouos Cardinales absque necessitate aliqua, ipsisq; inuitis creasse, hanc nacti occasionem ab eo tunc Lucæ commorante defecerunt, Pisasq; concessere. quod quum

maior pars eorum, qui Benedictum sequebantur, Cardinalium uidissent, atque laudassent, simili exemplo ducti, suum & ipsi præsulem deserentes, ceteris Cardinalibus Gregorij, qui Pisis erant, se coniunxerunt. ibique concilio Generali indicto, eoque cum maxima Prælatorum frequentia inchoato, uterque Pontifex ab eis damnatus est, atque utrisque tanquam periuris, hæreticis, collusoribus, schisinaticis, schismatisq; fautoribus, publico omniū decreto Nonis Iunij anno Domini MCCCCIX. iidem Cardinales Pontificatus abrogarunt; quum usque ad eam diem sedisset Gregorius annos duos, menses sex, & dies sex. Atque in utriusque locum, XX. post abrogationem die tertium subrogarunt fratrem Petrum Philareti Cretensem Presbyterum Cardinalem Basilicæ Apostolorum, qui Alexander Papa V. appellatus est.

Gregorius uero his cognitis, concilio nulla ratione obtemperare uoluit, sed Pontificatus insignia multis annis postea retinuit. timens autem ne ex synodi decreto contra se procederetur, locis tutis, & munitißimis apud amicos suos se continebat; mansit enim primo in regno Neapolitano apud regem Ladislaum, qui eius studiosus erat, mox apud Vtinum aliquod tempus commoratus, demum Ariminum apud Malatestas uenit, ubi usque ad concilij Constantiensis tempus permansit. in quo quum sponte Pontificatu per procuratorem abdicasset, Cardinalis, & Piceni perpetuus Legatus designatus est: Cardinalesq; ab eo creati, qui tunc uiuebant cum ceteris numerati sunt. uixit autem post primā eius abrogationem ad spontaneam ceßionem usque annos sex, & dies aliquot.

SECVNDA CREATIO IX. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCVIII. quum omnes Cardinales obedientiæ Vrbani Papæ VI. periurio Gregorij offensi eum deseruissent, uidens Gregorius ipse se non nisi quatuor Cardinales, quos nuper creauerat, habere, quo Pontificatum suum firmaret, Senis in Tuscia XIII. Cal. Octobris, anno Pontific. II. iterū nouem fecit Cardinales. qui fuerunt

Lodouicus DD. Doctor, Archiepiscopus Tarentinus, Presbyter Card. S. Mariæ Transtiberim tt. Calisti.

Angelus Ciuis, & Episcopus Recanatensis, DD. D. Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Angelus Barbadicus Venetus, Episcopus Veronensis, DD. D. Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Bandellus de Bandellis Lucensis Tuscus V. I. Doctor, ex Episcopo Tiphernate, Episcopus Ariminensis, Presbyter Card. tt. S. Balbinæ.

Philippus Anglus Episcopus Linconiensis, Theologus, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Matthæus Germanus, Episcopus Vormaciensis Theologus, Orator Imp. Ruperti, Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Frater Lucas Manzolus Florentinus, ordinis Humiliatorum Generalis; Theologus, Episcopus Fesulanus, Presbyter Card. tt. S. Laurentij in Lucina.

Vicentinus de Arragonia Hispanus prior Mõtisferrati DD. Doctor, Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ.

Petrus Maurocenus, Venetus, artium Doctor Protonotarius Apostolicus, Diac. Card. S. Mariæ in Domnica. hi nouem, ut de aliis quatuor dictum est, nunquam pro Cardinalibus habiti sunt, nisi illi, qui tempore concilii Constantiensis uiuebant, in quo pro publica pace conseruanda in cæterorum collegium cooptati sunt.

EPISCOPVS CARDINALIS CREATVS A GREGORIO PAPA XII.

Domnus Antonius Corarius Venetus, ex Presbytero tt. S. Chrysogoni, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

Papa Gregorius XII. duabus ordinationibus Iunio, & Septembri factis, tresdecim creauit Cardinales uidelicet Episcopum I. Presbyteros X. & Diaconos duos.

Angelus Acciaiolus Florentinus, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus S. R. E. Vicecancellarius, ab anno Pontificatus Gregorii Papæ XII. primo, ad initium concilii Pisani, in quo mortuus est.

CARDINALES III. MORTVI SVB GREGORIO PAPA XII. ANTE EIVS IN CONCILIO PISANO ABROGATIONEM.

Ioannes Egidij Germanus, Diac. Card. SS. Cosmæ, & Damiani, obijt in Italia mense Iulio, anno MCCCCVII. Pontificat. primo, Leodium translatus, ibidem sepultus est.

Valentius Hungarus, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ, obijt in Hungaria anno MCCCCVIII. *Pontificatus* II. *cadauer ibidem sepultum est.*
Angelus Acciaiolus, Florentinus, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, & S. R. E. Vicecancellarius, obijt Pisis in concilio, mense Iunio, anno MCCCCIX. *Pontificat.* III. *cadauer ibidem sepultum est.*

CARDINALES VII. OBEDIENTIAE GREGORII PAPAE XII. MORTVI POSTQVAM IN CONCILIO PISANO PONTIFICATVS EI ABROGATVS EST.

Iacobinus Vtinensis, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, obijt Arimini proficiscens legatus ad Venetos pro Gregorio Papa XII.
Lodouicus Presbyter Card. S. Mariæ Transtiberim, tt. Calisti.
Philippus Anglus, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.
Matthæus Germanus, Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.
Vicentinus de Arragonia tt. S. Anastasiæ Presbyter Cardinalis.
Frater Lucas Manzolus, Florentinus ordinis Humiliatorum, Presbyter Card. tt. S. Laurentij in Lucina, obijt Florentiæ XVIII. *Cal. Octobris, anno* MCCCCXI. *Pontificatus* V. *cadauer ibidem in ecclesia omnium Sanctorum ordinis sui sepultum est.*
Angelus ciuis, & Episcopus Recanatensis, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, obijt Recaneti XI. *Cal. Iulii, anno* MCCCCXII. *Pontific.* VI. *ibidem in cathedrali sepultus.*

SPONTANEA ABDICATIO GREGORII PAPAE XII. IN CONCILIO CONSTANTIENSI.

Anno Domini MCCCCXV. *Gregorius Papa* XII. *sponte per procuratorem suum Carolum Malatestam Domicellum, Arimini pro pacis bono, schismateq; tollendo* IIII. *Nonas Iulii absens in concilio Constantiensi, ob eam caussam congregato, Pontificatu abdicauit. quum etiam Ioannes* XXI. *dictus* XXIII. *pro eadem caussa idem paulo ante fecisset. sederat autem ab electione sua ad eam diem annos* VIII. *menses* VII. *& dies* V. *quamobrem ex synodi decreto creatus est Episcopus Card. Tusculanus, collegiiq; Cardinalium Decanus, & Picení perpetuus legatus.*
Cardinales quoque omnes ab ipso creati, qui tunc uiuebant, & usque ad

eam diem pro Cardinalibus non fuerant habiti, ex eiusdem concilii sententia in ceterorum collegium adscripti sunt. fuerunt autem hi sex,
Domnus Antonius Corarius Venetus in sua obedientia, S. R. E. Camerarius, Episcopus Cardinalis Portuensis & S. Rufinæ.
Frater Ioannes Dominici, Florentinus, ord. prædicatorum, Presbyter Card. tt. S. Xysti.
Domnus Gabriel Condulmerius, Venetus, Presbyter Card. tt. S. Clementis.
Angelus Barbadicus, Venetus, Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.
Bandellus de Bandellis, Lucensis, Tuscus, Presbyter Card. tt. S. Balbinæ.
Petrus Maurocenus, Venetus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ nouæ.

OBITVS ANGELI CORARII OLIM GREGORII PAPAE XII.

Anno Domini MCCCCVII. paulo ante creationem Papæ Martini Angelus Corarius, Venetus, Episcopus Cardinalis Tusculanus, collegij Decanus, & perpetuus Marchiæ Anconitanæ Legatus, olim Gregorius Papa XII. uocatus Recaneti in Piceno in legatione sua prope nonagenarius mortuus est. eius cadauer ibidem in ecclesia cathedrali sepultum fuit.

ALEXANDER V. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCCCIX.

SIGNVM ALEXANDRI PAPAE V.

* * *

ALEXANDER PAPA V. frater Petrus Philareti antea uocatus, natione Græcus, prouincia, & patria Cretensis, ordinis fratrum minorum, & sacræ Theologiæ Doctor eximius, primo fuit Episcopus Vicentinus, post Nouariensis, & Patriarcha Gradensis, deinde Archiepiscopus Mediolanensis, demum Presbyter Cardinalis Basilicæ SS. XII. Apostolorum ab Innocentio Papa VII. creatus, qui priuatis Nonis Iuniis in concilio Pisano ab utriusque obedientiæ Cardinalibus numero XXIII. ex Synodi sententia Gregorio XII. & Benedicto XV. in utriusque locum in eodem concilio, omnium Cardinalium utriusque obedientiæ, qui synodo interfuerunt, suffragijs uice- 207

ſimo uacantis ſedis die, uidelicet V I. *Cal. Iulij, Pontifex Maximus renunciatus*, Nonis Iulij *ſuæ coronationis inſignia in eccleſia cathedrali Piſana ſuſcepit.*

Sedit in Apoſtolica ſede Imp. *Cæſ. Ruperto Auguſto, men.* 10. *& dies* 8.

CARDINALES XXVI. VTRIVSQVE OBEDIENTIAE VIVENTES QVANDO ALEXANDER PAPA V. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

GREG. XI. ET CLEM. VII.

Guido de Maloſicco Pictauenſis, Epiſcopus Card. Præneſtinus Decanus.

BONIFACIVS PAPA IX.

Henricus Minutolus, Epiſcopus Card. Tuſculanus.

CLEMENS PAPA VII.

Nicolaus Brancatius, Epiſcopus Card. Albanus.

BONIFAC. IX. ET INNOC. VII.

Antonius Caietanus, Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, maior Pœnitentiarius.

CLEM. VII. ET BENEDICT. XI.

Ioannes de Bronhiaco, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, S. R. E. *Vicecancellarius.*

Petrus Gerardi de Podio, Epiſcopus Card. Tuſculanus, maior Pœnitentiarius.

PRESBYTERI CARDINALES X.

CLEMENS PAPA VII.

Petrus de Tureyo tt. S. *Suſannæ*, S. R. E. *Archipresbyter.*

* *Ioannes Flandrini* SS. *Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij.*

VRBAN. VI. ET BONIFAC. IX.

Frater Angelus S. *Pudentianæ, tt. Paſtoris.*

CLEMENS PAPA VII.

Petrus Fernandi Frias tt. S. *Praxedis, dictus de Hiſpania.*

INNOCENTIVS PAPA VII.

Conradus tt. S. *Chryſogoni*, S. R. E. *Camerarius.*

Franciſcus tt. SS. *quatuor Coronatorum.*

Iordanus SS. *Syluestri, & Martini, tt. Equitii.*

Ioannes tt. S. *Crucis in Hieruſalem.*

Frater Petrus Baſilicæ SS. XII. *Apoſtolorum.*

Antonius Caluus tt. S. *Praxedis.*

DIACONI CARDINALES X.

VRBANVS PAPA VI.

* Lodouicus de Flisco S. Hadriani, S.R.E. Archidiaconus.

CLEMENS PAPA VII.

Amadeus Marchio Salluciarum S. Mariæ nouæ.

VRBANVS PAPA VI.

Rainaldus SS. Viti, & Modestæ in martyrum macello.

VRBANVS VI. ET BONIF. IX.

Landulphus Maramaurus S. Nicolai in carcere Tulliano.

BENEDICTVS PAPA XI.

Petrus Serra Diac. Card. S. Angeli, dictus Senior.

Lodouicus de Barro S. Agathæ.

BONIFACIVS PAPA IX.

Balthassar Cossa Diac. Card. S. Eustachii.

INNOCENT. PAPA VII.

Otho de Columna S. Georgii in Velabro.

Petrus Hannibaldus S. Angeli, dictus Iunior.

BENEDICTVS PAPA XI.

Antonius de Calancho S. Mariæ in uia lata.

PAPA ALEXANDER V. NVLLOS CARDINALES CREAVIT.

Sed tantum quibusdam Episcopatus, titulos, & Diaconias mutauit: nam ob schisma contigerat, ut plerunque duo essent in eodem sacerdotio titulares. hinc mutandorum titulorum in Romana ecclesia mala consuetudo manauit, quod ad hanc usque diem inauditum fuerat,

Henricus Minotolus, ex Tusculano factus est Episcopus Card. Sabinus.

Antonius Caietanus, ex Prænestino factus est Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

Antonius Caluus, ex Presbytero tt. S. Praxedis factus est Presbyter Card. tt. S. Marci.

Petrus Hannibaldus, ex Diacono S. Angeli factus est Diac. Card. SS. Cosmæ, & Damiani.

Iordanus Vrsinus, ex Presbytero tt. Equitii factus est Presbyter Card. tt. Damasi.

Lodouicus de Barro, ex Diac. S. Agathæ Benedicti XI. factus est Presbyter Card. Basilicæ SS. XII. Apostolorum.

Petrus Hannibaldus, ex Diacono SS. Cosmæ, & Damiani, mortuo Petro Serra Hispano, iterum factus est Diac. Card. S. Angeli.

Factæ sunt hæ mutationes anno Domini MCCCCIX. Pontificatus primo.

Ioannes de Bronhiaco, Gallus, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, S. R. E. Vicecancellarius sub Alexandro Papa V.

Anno Domini MCCCCIX. Pontificat. primo, pridie Idus Decembris, Petrus Serra Hispanus, Diac. Card. S. Angeli, cognomento Senior, obiit in Hispania, ibiq; sepultus est.

OBITVS ALEXANDRI PAPAE V.

Anno Domini MCCCCX. V. Nonas Maii Bononiæ obiit Papa Alexander V. hora noctis V. cadauer eius ibidem ad ecclesiam fratrum minorum sepultum est. uacauit sedes dies XI.

Eodem anno III. Nonas Maii Nouendialia Alexandri Papæ V. à Cardinalibus Bononiæ celebrari sunt cœpta.

Eodem anno pridie Idus Maii, finitis exequiis, & missa Spiritus sancti ab Episcopo Card. Tusculano cantata, Cardinales XVII. qui tunc Bononiæ aderant, conclaue ingressi sunt pro electione noui Pontificis, qui altero post ingressum die, uidelicet XVI. Cal. Iunii, elegerunt in Papam Balthassarem Cossam Neapolitanum, Diaconum Cardinalem S. Eustachii, & Bononiæ legatum, qui Ioannes XXIII. Papa appellatus est.

IOANNES XXII. DICTVS XXIII. PONT. MAX.

ANNO CHRISTI MCCCCX.

SIGNVM IOANNIS PAPAE XXII.

* * *

208 IOANNES PAPA XXII. DICTVS XXIII. Balthassar antea uocatus, Neapoli mediocri familia, quæ Cossa dicebatur, ortus est; quem ex Protonotario, & Cubiculario Apostolico Bonifacius Papa IX. Diaconum Cardinalem S. Eustachij, Bononiæq; Legatum creauit. hic mortuo Bononiæ Papa Alexandro V. in eius locum à Cardinalibus XVI. Cal. Iunij Pontifex Maximus renunciatus, ibidem VIII. Ca-

lendas Iunii coronatus est.
Sedit in Apostolica sede Impp. Cæsaribus Ruperto, & Sigismundo Augg. annos 5. & dies 15.

CARDINALES XXIIII. VIVI QVANDO IOANNES PAPA XXII. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

GREGOR. XI. ET CLEM. VII.

* *Guido de Malosicco Episcopus Card. Prænestinus Decanus.*

BONIFAC. IX. ET ALEX. V.

Henricus Minutolus, Episcopus Cardinalis Sabinus.

CLEMENS PAPA VII.

Nicolaus Brancatius, Episcopus Card. Albanus.

BONIF. IX. INNOC. VII. ET ALEX. V.

* *Antonius, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ, maior Pœnitentiarius.*

CLEMENS VII. ET BENED. XI.

Ioannes de Bronhiaco, Episcopus Card. Ostiensis, S.R.E. Vicecancellarius.
Petrus Gerardi de Podio, Episcopus Card. Tusculanus.

PRESBYTERI CARDINALES X.

CLEMENS PAPA VII.

* *Petrus de Tureyo, tt. S. Susannæ, S. R. E. Archipresbyter.*
* *Ioannes Flandrini, SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.*

VRBAN. VI. ET BONIFAC. IX.

Frater Angelus S. Pudentianæ tt. Pastoris.

CLEMENS PAPA VII.

Petrus, Fernandi, Frias, tt. S. Praxedis, dictus de Hispania.

INNOCENTIVS PAPA VII.

Conradus Caracciolus, tt. S. Chrysogoni, S. R. E. Camerarius.
Franciscus Huguccionius, tt. SS. IIII. Coronatorum.
Iordanus Vrsinus, tt. S. Laurentii in Damaso.
Ioannes Melioratus, tt. S. Crucis in Hierusalem.
Antonius Caluus, tt. S. Marci.

BENEDICT. XI. ET ALEX. V.

* *Lodouicus de Barro, Presbyter Card. Basilicæ SS. Apostolorum.*

DIACONI CARDINALES VIII.

VRBANVS PAPA VI.

* *Lodouicus de Flisco, S. Hadriani, S. R. E. Archidiaconus.*

CLEMENS PAPA VII.

* *Amadeus Diac. Card. S. Mariæ nouæ.*

VRBANVS PAPA VI.

Rainaldus, SS. Viti, & Modestæ in martyrum macello.

VRBAN. VI. ET BONIFAC. IX.

Landulphus, S. Nicolai in carcere Tulliano.

BONIFACIVS PAPA IX.

Balthassar Cossa, Diac. Card. S. Eustachij.

INNOCENTIVS PAPA VII.

Otho Columna, S. Georgij in Velabro.

Petrus Hannibaldus, Diac. Card. S. Angeli.

BENEDICTVS PAPA XI.

Antonius de Calancho S. Mariæ in uia lata.

PRIMA CREATIO XIIII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCXI. *Pontificat.* II. VIII. *Idus Iunij, Romæ Ioannes Papa* XXII. *primo creauit* XIIII. *Cardinales, qui fuere*

Franciscus Landus, Venetus, V. I. Doctor ex Patriarcha Gradensi, Constantinopolitanus, Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hierusalem.

Antonius Pancerinus, de Portugruario, Foroiuliensis, Patriarcha Aquileiensis, Presbyter Cardinalis tt. S. Susannæ.

Alamanus Adimarius, Florentinus, ex Archiepiscopo Tarentino Pisanus, Presbyter Card. tt. S. Eusebij, absens nuncius ad regem Francorum.

Ioannes Lusitanus, Hispanus, ex Episcopo Coimbriensi Archiepiscopus Vlixponensis, Presbyter Card. S. Petri ad uincula, tt. Eudoxiæ.

Petrus de Alliaco, Gallus, Doctor Parisiensis, Episcopus Cameracensis, Presbyter Card. tt. S. Chrysogoni.

Georgius Germanus, Episcopus Tridentinus, Presbyter Cardinalis.

Thomas eius sororis filius, Neapolitanus, Episcopus Tricaricensis, Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij.

Branda Castellio, Mediolanensis, Episcopus Placentinus, Auditor Rotæ, Presbyter Card. tt. S. Clementis.

Thomas Anglus, Episcopus Dunelmensis, Presbyter Cardinalis.

Robertus Anglus, Episcopus Saresbiriensis, Presbyter Cardinalis.

Egidius de Campis, Gallus, Theologus, & confessor regis Francorum, Episcopus Constantiensis, Presbyter Cardinalis.

Lucidus de Comitibus, Romanus, Protonotarius Apostolicus Diac. Card. S.

Mariæ in Cosmedin.

Franciscus Zabarella, Patauinus, V. I. Doctor, electus Episcopus Florentinus, Diac. Card. SS. Cosmæ, & Damiani.

Guillelmus Philasterij Cœnomanensis, Gallus, Decanus Remensis, Diac. Card. post Presbyter Card. tt. S. Marci.

SECVNDA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini MCCCCXIII. Pontific. III. XVIII. Cal. Maij Romæ Papa Ioannes creauit Cardinalem unum: is fuit

Simon Cramado, Gallus, Archiepiscopus Remensis, Patriarcha Alexandrinus, Presbyter Card. tt. S. Laurentij in Lucina.

TERTIA VNIVS CARDINALIS CREATIO.

Anno Domini MCCCCXIIII. Pontific. IIII. XII. Cal. Octobris, Bononiæ, Ioannes Papa creauit Cardinalem unum; qui fuit

Iacobus Insulanus, Bononiensis, Miles, & V. I. D. Diac. Card. S. Eustachij.

EPISCOPI CARDINALES IIII. CREATI A IOANNE PAPA XXII.

F. Angelus de Anna, ex Presbytero tt. Pastoris, Bonifacii, IX. Episcopus Cardinalis Prænestinus.

Petrus Frias ex Presbytero tt. S. Praxedis, Clementis VII. Episcopus Card. Sabinus.

Iordanus Vrsinus, ex Presbytero tt. Damasi, Innocentii VII. Episcopus Card. Albanus.

Lodouicus de Barro, ex Presbytero Apostolorum, Alexandri V. Episcopus Cardinalis Portuensis, tt. S. Rufinæ.

Antonius de Calancho, ex Diacono S. Mariæ in uia lata, Benedicti XI. Presbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ.

Ioannes Papa XXII. dictus XXIII. tribus ordinationibus mensibus Aprili, Iunio, & Septembri factis, XVI. nouos creauit Cardinales, uidelicet Episcopos IIII. ex antiquis Presbyteris, Presbyteros XIIII. in his unum ex antiquis Diaconis, & Diaconos III.

Ioannes de Bronhiaco, Gallus, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus,

S. R. E. Vicecancellarius sub Ioanne Papa XXII.

CARDINALES XI. MORTVI SVB IOANNE PAPA XXII.

Ioannes Melioratus, Sulmonensis, Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hierusalem, obiit Rauennæ Kal. Nouembris, anno MCCCCX. *Pontificatus primo, ibique sepultus.*

Conradus Caracciolus, Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Chrysogoni, & Camerarius S. R. E. obiit Bononiæ XV. Calend. Martii, anno MCCCCXI. *Pontificatus primo.*

Antonius Caluus, Romanus, Presbyter Card. tt. S. Marci Archipresbyter S. Petri, obiit Romæ VI. Nonas Octobris, anno MCCCCXI. *Pontific. II. sepultus ad S. Petrum.*

Antonius Caietanus, Romanus, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ, ac S. R. E. maior Pœnitentiarius, obiit Romæ IIII. Idus Ianuarij anno MCCCCXII. *Pontific. II. sepultus ad S. Mariā super Mineruā.*

Henricus Miniutolus, Neapolitanus, Episcopus Card. Sabinus, Bononiæ Legatus, obijt Romæ XV. Cal. Iulij, anno MCCCCXII. *Pontific. III. cadauer Neapolim traslatum in ecclesia cathedrali sepultum est.*

Nicolaus Brancatius, Auinionensis, Gallus, Episcopus Bononiensis, & Episcopus Card. Albanus, obijt Florentiæ apud S. Antonium, III. Cal. Iulij anno MCCCCXII. *cadauer ibidem ad S. Mariam Nouellam sepultum est.*

Franciscus Huguecionius, Vrbinas, Presbyter Card. tt. SS. quatuor Coronatorum, obijt Florentiæ XIX. Cal. Septembris, anno MCCCCXII. *Pontifica. III. cadauer Romam portatum in ecclesia S. Mariæ nouæ sepultum est.*

Guido de Malosicco, Pictauensis, Gallus, Episcopus Card. Prænestinus, & Decanus, obijt in Gallijs mense Augusto, anno Domini MCCCCXII.

Petrus de Tureyo, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Susannæ, obijt in legatione Gallica, mense Septembri, anno Domini MCCCCXII.

Ioannes Lusitanus, Hispanus, Presbyter Card. tt. Eudoxiæ, obijt in Hispania apud Villam-Bruges, X. Cal. Februarij reuertens ex urbe in patriam anno MCCCCXIII.

Petrus Gerardi de Podio, Lemouicensis, Gallus, Episcopus Card. Tusculanus S. R. E. maior Pœnitentiarius, obijt Auinione, anno MCCCCXV. *Pontificatus V. sepultus in cathedrali Auinionensi.*

Georgii

Georgii Episcopi Tridentini, Presbyteri Cardinalis Germani.

Thomæ Angli, Episcopi Dunelmensis, Presbyteri Cardinalis.

Roberti Angli, Episcopi Saresbiriensis, Presbyteri Cardinalis, & Egidii de Campis, Galli, Episcopi Constantiensis, Presbyteri Cardinalis gesta, & exitus, quod nunquam Romanam curiam adierint, incerti, & obscuri omnino sunt. satis tamen constat, eos ante Papæ Martini electionem mortuos fuisse.

CONCILIVM GENERALE CONSTANTIENSE IN QVO PRIVATO IOANNE XXII. GREGORIO XII. ABDICANTE ET BENEDICTO XI. DAMNATO SCHISMA SVBLATVM EST CREATO IN EODEM CONCILIO MARTINO PAPA III.

Quum per Gregorii XII. & Benedicti XI. in concilio Pisano priuationem, alteriusq; subrogationem, pessimum schisma non sublatum, sed magis auctum esse uideretur, tribus iam existentibus, qui se ueros Pontifices esse affirmarent, Ioanne XXII. Romæ, Gregorio XII. Arimini, & Benedicto XI. in Hispania; non sine diuino numine actum est per Sigismundum Imperatorem, qui per id tempus Rex Romanorum creatus fuerat, ut à Ioanne XXII. Papa concilium generale conuocaretur, in quo totius Christianæ Reipublicæ saluti consuli posset, & pessimum schisma omnino tolli; Ioannes Papa Imperatori obtemperauit, quod credebat interuentu, & auctoritate concilii generalis Petrum de Luna, & Angelum Corarium Pontificatibus suis cessuros, seque unũ in Barionæ sede confirmãdum fore. de consilio igitur Cardinalium Constantiæ, quæ urbs est Moguntinæ diœcesis in Germania, V. Idus Decembris, laude in Lombardia ubi cum Imperatore Sigismundo conuenerat anno MCCCCXIII. concilium generale celebrandum indixit, & conuocauit, omnibus Christiani orbis prælatis accersitis, anno Pontificatus sui IIII. indictione VII. ad quod anno sequenti MCCCCXIIII. mense Nouembris cum Cardinalibus personaliter accessit Angelus quoque Corarius, qui adhuc se pro Pontifice gerebat, Imperatoris precibus flexus, concilium ipsum à Ioanne indictum sua auctoritate firmauit, quumque ipse iam senio grauis ad illud accedere non posset, Arimini subsistens, legatos suos misit fratrem Ioannem Dominici Florentinum, Presbyterum Cardinalem tt. S. Xysti, obedientiæ suæ, & Carolum Malatestam Domicellum Ariminensem, cum maxima

MM

auctoritate approbandi concilium ipsum, renunciandiq; Pontificatum nomine suo, si idem tamen Ioannes XXII. *& Petrus de Luna faceret.*

Petrus uero de Luna, ut idem faceret, ab Imperatore quæsitus, omnino renuit, asserens, Constantiam idoneum locum non esse, nec tutum ad concilium generale celebrandum. quo non obstante anno Domini MCCCCXIIII. *Pontificatus Papæ Ioannis* V. *Angeli Corarij* IX. *& Petri de Luna* XXI. *Nonis Nouembris indictionis* VIII. *cantata Missa Spiritus sancti à Ioanne Papa* XXII. *inchoatum est concilium Generale Constantiense, & die Veneris* XVI. *Cal. Decembris eiusdem anni, prima sessio celebrata est, Ioanne Papa Præsidente.*

Habita prima sessione, patres considerantes difficultatem, quæ maxima erat in spontaneis cessionibus Papatuum Gregorij, & Benedicti, nisi idem faceret, & Ioannes Papa, aliter enim fieri non posse existimabant, ut omnino schisma tolli posset, ut hoc ipsum faceret, illum requisierunt. quod quum Ioannes Papa: facere recusasset, & mutato habitu clam à concilio aufugisset, ex fuga retractus, honesto carceri mancipatus est, eiq; ex totius synodi sententia, in XII. *sessione, cum ob fugam, tum ob alia crimina, de quibus accusatus, & conuictus fuerat, tum etiam ad concordiam sublato schismate, & unionem in ecclesia dei faciendam* IIII. *Cal. Iunij, anni Domini* MCCCCXV. *Pontificatus abrogatus est. quæ omnia contra se acta, & gesta, ipse probauit, & firmauit, Papalibus se exuens uestimentis pridie Nonas Iunij eius anni, quum ad eam diem ab initio suæ creationis sedisset annos* V. *& dies* XV. *post cuius abdicationem, dum concilium cessionem Papatus à Gregorio* XII. *primo quæ facilis fuit, mox à Benedicto* XI. *quod ut faceret nulla unquam ratione adduci potuit, quærendo, tempus terit. Apostolica sedes uacauit annos duos, menses* V. *& dies* X. *uidelicet usque ad Papæ Martini creationem.*

Ioannes autem priuatus datus est à concilio in custodiam Lodouico Bauariæ duci, & comiti Palatino Rheni: timebant enim ne iterum aufugiens ecclesiæ pacem turbaret, qui Dux Ioannem ipsum in sua fide suscipiens in munitissima arce Gothlebes ipsum cum fida custodia reclusit, ubi prope quadriennium permansit, sine alicuius Italici hominis societate.

Anno Christi MCCCCXIX. *Balthassar Cossa olim Ioannes Papa* XXII. *triginta Ducatorum millibus è carcere se redemit, liberq; factus, recta Florentiam uersus uenit, ubi Martinus Papa cum curia residebat, urbemq; ingressus est in uigilia corporis Christi, & ad pedes Martini procumbens, eum ut uerum Christi Vicarium ueneratus est. quamobrem*

eodem anno IX. Cal. Iulij Florentiæ ab eodem Pontifice Martino Card. Episcopus Tusculanus, & collegij Cardinalium Decanus creatus est. obijt autem eodem anno MCCCCXIX. Florentiæ IX. Cal. Ianuarij, quum post abrogationem Pontificatus uixisset annos 4. menses 6. & dies 24.

CARDINALES III. MORTVI POST ABROGATIONEM IOANNIS PAPAE ET ANTE ELECTIONEM MARTINI.

Bandellus de Bandellis, Lucensis, Tuscus, Presbyter Card. tt. S. Balbinæ obijt anno MCCCCXV. tempore concilii generalis Constantiensis.

Landulphus Maramaurus, Neapolitanus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, obiit Constantiæ XVII. Cal. Nouembris, anno MCCCCXV. sepultus ad prædicatores ibidem.

Franciscus Zabarella Patauinus V. I. Doctor, Diac. Card. SS. Cosmæ, & Damiani, obijt Constantiæ in concilio generali VI. Cal. Octobris, anno MCCCCXVII. cadauer Patauium translatum ibidem in ecclesia cathedrali sepultum est.

PROSECVTIO SYNODVS GENERALIS CONSTANTIENSIS.

Anno Domini MCCCCXV. IIII. Cal. Iunij, priuato Ioanne Papa, eiusq; priuationis sententia prid. Cal. Iunij à se confirmata, actum est ab Imp. Sigismundo, ut & Gregorius XII. concilium à se iam pridem auctoritate sua conuocatum denuo firmaret, omnesq; obedientiæ suæ prælatos mitteret, atque omnia faceret: quæ quum Pontifex Romanus factus fuit, promisit, iurauit, ac uouit. quæ omnia ab eo peracta sunt: nam quum prius duos tantum legatos misisset cum plena auctoritate tamen firmandi concilium, & renunciandi Pontificatum, tunc eo misit omnes suos Cardinales uno excepto, quem apud se detinuit, & reliquos omnes Prælatos, ut concilio cum cæteris interessent.

Eodem autem anno IIII. Nonas Iulij in XIIII. concilij sessione, Carolus Malatesta regulus Auinionensis, Gregorii XII. nomine Pontificatum deposuit, & omnibus, quas in Papatu habebat, rationibus pro tollendo schismate sponte cessit. quapropter à concilio laudatus, Episcopus Cardinalis Tusculanus renunciatus est, collegijq; Cardinalium Decanus, atque agri Piceni perpetuus legatus, & omnia quæ in suo

Pontificatu geßit probata, & confirmata sunt. Cardinales quoq; e sex tum uiuentes qui ab eo creati fuerant in cæterorum collegium cooptati sunt, locaq; cum cæteris eis aßignata fuerunt: qui omnes excepto Petro Mauroceno, qui apud eum remanserat, ad concilium accesserunt, omnesq; excepto Cardinale Bandello, qui paulo post obijt, creationi Papæ Martini III. interfuerunt. Gregorius quoque audita renunciatione nomine suo facta, Papalia ornamenta Cardinalis habitu assumpto deposuit.

Duabus obedientijs unitis restabat tertia obedientia reducenda, uel amputanda Benedicti uidelicet XI. qui quum nunquam adduci potuisset, ut Pontificatum deponeret, oppido munitißimo Paniſchola in Arragonia se continebat. quo non obstante, ex totius synodi sententia, processus contra eum formatus est, & tandem ut pertinax, hæresiarcha periurus, & inobediens ecclesiæ Dei, ei in publica XXVII. seßione VII. Cal. Augusti anno Domini MCCCCXVII. Pontificatus abrogatus est, ipseq; diris deuotus. quo facto, omnes prælati, qui ad eam diem apud eum remanserant, cum Cardinale fratre Petro de Fusso, qui ab eodem post concilium Pisanum cum alijs XI. creatus fuerat, eo relicto ad concilium accessere. constabat autem synodus Generalis Constantiensis ex quinque nationum orbis Christiani Prælatis, uidelicet Italica, Gallica, Germanica, Hispana, & Anglica, quorum suffragijs omnia maxima cum diligentia transigebantur concilij generalis acta.

His gestis sancta synodus de consensu omnium S. R. E. Cardinalium decreuit, ut ad noui Pontificis electionem hac ratione procederetur, ut uidelicet cum ipsis Cardinalibus quælibet natio sex uiros idoneos, & religiosos eligeret, qui pro hac uice tantum Romani Pontificis electioni interessent, & una cum ipsis Cardinalibus, qui ad concilium uenerant, conclaue intrarent, cum auctoritate eligendi Romanum Pontificem, & is qui à duabus partibus Cardinalium, & à duabus partibus eiusmodi hominum electus esset, uerus, & legitimus Pontifex haberetur, & ab omnibus teneretur. quæ omnia facta sunt, trigintaq; uiri ex omnibus nationibus à concilio lecti, qui omnes sacris initiati erant. quapropter eodem anno, uidelicet MCCCCXVII. VI. Idus Nouembris celebrata seßione XLI. hora tertia post meridiem XXIII. Cardinales concilio præsentes & XXX. alij electores conclaue ingreßi sunt, paratum in palatio Episcopali Constantiensi; qui quarta die post ingreßum conclauis uidelicet III. Idus Nouembris, omnium suffragijs, inuocata Spiritus sancti gratia, elegerunt in Romanum Pontifi-

cem, & catholicæ ecclesiæ Episcopum Othonem de Columna nobilem Romanum, Diaconum Cardinalem S. Georgij in Velabro, qui Martinus Papa V. ideo appellatus est, quod eius electio die festo S. Martini Episcopi, & confessoris celebrata sit.

MARTINVS III. DICTVS V. PONTIF. MAX.

ANNO CHRISTI MCCCCXVII.

SIGNVM MARTINI PAPAE III.

*　*　*

MARTINVS PAPA III. DICTVS V. Otho antea uocatus, Romæ summo loco natus, patre Agapito ex familia Columnensi ortus est. hic quum iuris Pontificij peritus esset, primo referendarius fuit Vrbani Papæ VI. eum postea Innocentius VII. Diaconum Cardinalem S. Georgij in Velabro creauit; qui in concilio generali Constantiensi, sublato schismate XXII. Cardinalium, & XXX. electorum suffragijs, in die S. Martini Episcopi Pontifex Maximus renunciatus XI. Cal. Decembris coronatus est. 209

Sedit uero in Apostolica sede, Imp. Cæsare Sigismundo Augusto, annos 13, menses 3, & dies 12.

CARDINALES XXVII. VIVI QVANDO MARTINVS PAPA III. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

CLEMENS VII. ET BEN. XI.

Ioannes de Bronhiaco, Episcopus Card. Ostiensis, Decanus, S. R. E. Vicecancellarius.

VRB. VI. BONIF. IX. ET IOANN. XXII.

Frater Angelus de Anna, Episcopus Card. Prænestinus.

CLEM. VII. ET IOAN. XXII.

* Petrus Fernandi Frias, Episcopus Card. Sabinus, dictus de Hispania.

INNOC. VII. ET IOANN. XXII.

Iordanus Vrsinus, Episcopus Card. Albanus maior Pœnitentiarius.

BEN. XI. ALEX. V. ET IOANN. XXII.

Lodouicus de Barro, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

GREGORIVS PAPA XII.

Antonius Corarius Episcopus Card. Portuensis & S. Rufinæ.

PRESBYTERI CARDINALES XIII.

IOANNES PAPA XXII.

Franciscus Landus tt. s. Crucis in Hierusalem, S. R. E. Archipresbyter.

GREGORIVS PAPA XII.

Frater Ioannes Dominici tt. s. Xysti.

IOANNES PAPA XXII.

Antonius Pancerinus tt. s. Susannæ.

Alamanus Adimarius tt. S. Eusebij.

GREGORIVS PAPA XII.

Gabriel Condulmerius tt. S. Clementis.

IOANNES PAPA XXII.

Petrus de Aliaco tt. S. Chrysogoni.

Thomas SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachii.

Branda Castellio tt. S. Clementis.

GREGORIVS PAPA XII.

Angelus Barbadicus tt. SS. Marcellini, & Petri.

IOANNES PAPA XXII.

Guillelmus Philasterii tt. S. Marci.

Simon Cramado tt. S. Laurentii in Lucina.

BENED. XI. ET IOAN. XXII.

Antonius de Calancho tt. S. Cæciliæ.

BENEDICTVS PAPA XI.

Frater Petrus de Fuxo tt. S. Stephani in Cœlio monte.

DIACONI CARDINALES VIII.

VRBANVS PAPA VI.

Lodouicus de Flisco S. Hadriani, S. R. E. Archidiaconus.

CLEMENS PAPA VII.

Amadeus S. Mariæ nouæ.

VRBANVS PAPA VI.

Rainaldus Brancatius SS. Viti, & Modestæ in macello martyrum.

INNOCENTIVS PAPA VII.

Otho Columna S. Georgij in Velabro,

* *Petrus Hannibaldus de Stephanescis S. Angeli.*

IOANNES PAPA XXII.

Lucidus de Comitibus S. Mariæ in Cosmedin.

* *Iacobus Insulanus S. Eustachij.*

GREGORIVS PAPA XII.

* Petrus Maurocenus S. Mariæ in Domnica.

Cardinales Benedicti X I. ideo non adposui, quod hi tunc pro Cardinalibus non habebantur.

ELECTORES XXX. QVI EX SINGVLIS NATIONIBVS LECTI MARTINVM PAPAM III. CVM CARDINALIB. CREARVNT.

ELECTORES VI. NATIONIS ITALICAE.

Bartholomæus Archiepiscopus Mediolanensis.
Franciscus Episcopus Melphitensis.
Henricus Episcopus Feltrensis.
Iacobus electus Episcopus Pennensis.
Frater Leonardus Magister Generalis ordinis Prædicatorum.
Pandulphus Malatesta Archidiaconus Bononiensis.

ELECTORES VI. NATIONIS GALLICAE.

Guillelmus Archiepiscopus Bituricensis.
Iacobus Archiepiscopus Turonensis.
Ioannes Episcopus Gebennensis.
Frater Robertus Abbas Cluniacensis.
Gualterus Grassi Prior Rhodus.
Lambertus de Stiptite, Prior Berchenyo.

ELECTORES VI. NATIONIS GERMANICAE.

Ioannes Patriarcha Constantinopolitanus.
Ioannes Archiepiscopus Rigensis.
Nicolaus Archiepiscopus Guisnensis.
Simon Episcopus Traguriensis.
Nicolaus de Dinchespuel magister in Theologia.
Conradus de Susato sacræ Theologiæ Doctor.

ELECTORES VI. NATIONIS HISPANAE.

Didacus Episcopus Conchensis.
Ioannes Episcopus Pacensis.
Nicolaus Episcopus Aquensis.
Philippus de Madalia Archidiaconus Barchinonensis.
Gundissaluus Garziæ Archidiaconus de Biruiescha.
Velascus Petri utriusque iuris Doctor.

ELECTORES VI. NATIONIS ANGLICAE.

Riccardus Episcopus Londoniensis.
Nicolaus Episcopus Bathoniensis.
Ioannes Episcopus Lichfeldensis.
Ioannes Episcopus Noruicensis.
Frater Thomas Abbas S. Mariæ Eboraci.
Thomas Protonot. Apostolicus Decanus Eboracensis.

FINIS CONCIL. CONSTANTIENSIS.

Anno Domini MCCCCXVIII. XII. Cal. *Maij, ex totius concilij decreto, Pontificisq́; Martini auctoritate, finitum est concilium Constantiense, quum annos* III. *menses* V. *& dies* XV. *perdurasset, & in sequẽs triennium aliud concilium generale indictum est, in quo de ecclesiæ reformatione agendũ esset. sicq́;* Martinus Papa, *Constantia discedens,* Florentiã *uenit, ubi quum per biennium fere mansisset,* Romã *profectus est.*

ADVENTVS IIII. CARDINALIVM PETRI DE LVNA AD CVRIAM ROM.

Anno Christi MCCCCXIX. *quatuor ex Cardinalibus* Petri de Luna, *qui usque ad finem concilij Constantiensis cum eo permanserant, uidentes eiusdem* Petri *pertinaciam, concilij sententiam sequuti, eo relicto,* Florentiam, *ubi tunc curia* Romana *residebat, accesserunt, & die* XVI. *Cal. Aprilis, osculatis pedibus* Papæ Martini, *ab eo in ceterorum collegium conscripti sunt, nam usque ad eam diem pro Cardinalibus habiti non fuerant. fuerunt autem hi*

Domnus . . . *Hispanus, canonicus regularis,* Abbas *montis Arragonum, Presbyter Card. tt. S. . . .*
Carolus de Viries, *Hispanus, Diaconus Card. S. Georgij in* Velabro.
Alphonsus *Carillus, Gometij filius, Hispanus, Diac. Card. S. Eustachij.*
Petrus Fonseca *Portugalensis, Hispanus, Diac. Card. S. Angeli.*

PRIMA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini MCCCCXIX. Pontificatus II. Nono Cal. Iulij Florentiæ Papa Martinus *primo creauit Cardinalem unum: is fuit*
Balthassar Cossa Neapolitanus, Ioannes quondam Papa XXII. Episcopus Car-

pus Cardinalis Tusculanus, collegijq; Cardinalium Decanus.

SECVNDA CREATIO XIIII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCXXVI. *Pontificatus* IX. IX. *Cal. Iulij Romæ Papa Martinus iterum creauit Cardinales, qui fuere*

Ioannes de Rupescissa, Gallus, V. I. *Doctor, corrector literarum Apostolicarum Archiepiscopus Rothomagensis, Patriarcha Constantinopolitanus, Presbyter Card. tt. S. Laurentij in Lucina, & S. R. E. Vicecancell.*

Domnus Lodouicus Alamannus, Gallus, Canonicus regularis, V. I. *Doctor ex Episcopo Maclouiensi; Archiepiscopus Arelatensis, Vicecamerarius, & prolegatus Bononiæ, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, & Bononiæ Legatus.*

Henricus filius Ducis Lancastriæ, regio regum Anglorum sanguine, & familia ortus, Anglus, Archiepiscopus Vintoniensis, Presbyter Card. tt. S. Eusebij.

Ioannes Germanus, Episcopus Olmucensis, & Archiepiscopus Pragensis, Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Antonius Casinus Ciuis, & Episcopus Senensis, Thesaurarius Papæ, & Cameræ Apostolicæ clericus, Presbyter Card. tt. S. Marcelli.

Frater Nicolaus Albergatus, ciuis, & Episcopus Bononiensis ordinis Carthusianorum, Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hierusalem.

Raimundus Mayrosius Gallus DD. *Doctor, ex Episcopo Tricastinensi, Castrensis, Presbyter Card. tt. S. Praxedis.*

Ioannes Ceruantes ciuis, & Archidiaconus Hispalensis ex prouincia Gallæcia DD. *Doctor, ex Episcopo Abulensi, Segobiensis, & post Burgensis, Presbyter Card. S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.*

Ardicinus de la Porta Nouariensis V. I. *Doctor aduocatus Consistorialis, clericus cameræ Apostolicæ, & literarum Apostolicarum corrector, Diac. Card. SS. Cosmæ, & Damiani.*

Hugo Lusignanus, regis Cypri frater, Cyprius, Græcus, electus Archiepiscopus Nicosiensis Diac. Card. S. Hadriani.

Dominicus Ram, Hispanus, ex Episcopo Oscensi, Ilerdensis, & post Archiepiscopus Tarraconensis, Presbyter Card. tt. S. Xysti.

Prosper Columna, eius fratris filius, Romanus, Protonot. Apostolicus Diac. Card. S. Georgij in Velabro.

Dominicus Capranica Romanus DD. *Doctor Secretarius, & Protonotarius Apostolicus, electus Episcopus Firmanus, Diac. Card. S. Ma-*

riæ in uia lata.

Iulianus Cæsarinus Romanus, Protonot. Apostolic. Diac. Card. S. Angeli.

quatuor extremi non publicati fuerunt.

TERTIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Christi MCCCCXXX. *Pontificat.* XIII. V. *Idus* Nouembris, Romæ *Papa* Martinus *fecit tertiam ordinationem, in qua duos ex quatuor superioribus publicauit Cardinales, duosq; nouos creauit; sed non publicauit, hi fuere*

Prosper Columna, Romanus, *Diac. Card.* S. Georgij *in Velabro.* } *publicati.*
Iulianus Cæsarinus Roma. *cameræ Apos.* Auditor, S. Angeli. }

Frater Ioannes, *Casanoua*, Arrago *Hispanus, ordinis prædicatorum* Theologus, *ex Episcopo* Bonsano, *Eluensis*, *Presbyt. Card. tt. S.* Xysti.

Guillelmus Diuanus de Monteforti, Gallus, *Protonot. Apostolicus*, Episcopus *Maclouiensis*, *Presbyter Card. tt.* S. *Anastasiæ. hi duo publicati non fuerunt.*

EPISCOPI CARDINALES II. CREATI A MARTINO PAPA III.

Balthassar Cossa, Neapolitanus, *Episcopus Card.* Tusculanus, *&* Decanus.

Franciscus Landus ex Presbytero, tt. S. *Crucis* Ioannis XXII. *Episcopus Card. Sabinus.*

Iacobus Insulanus Bononiensis *ex Diac.* S. *Eustachij, Diac. Card.* S. *Mariæ nouæ.*

Papa Martinus III. *tribus ordinationibus mensibus* Iunio, *&* Nouembri *factis* XVI. *Cardinales nouos creauit, uidelicet* Episcopos *duos, in quibus alter fuit* Ioannes *quondam Papa, alter uero antiquus* Presbyter *Presbyteros* XI. *&* Diaconos V. *ex quibus non nisi* XII. *publicauit.*

VICECANCELLARII S. R. E. SVB MARTINO PAPA III.

Ioannes de Bronbiaco, *Episcopus Card.* Ostiensis, *&* Veliternus, *ab anno Pontificatus primo ad* IX.

Ioannes de Rupescissa, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Laurentii in Lucina, ab initio anni IX. ad finem Pontificatus.

CARDINALES XXIIII. MORTVI SVB MARTINO PAPA III.

Petrus Stephanescus, Romanus, Diac. Card. S. Angeli, obijt Romæ pridie Calendas Nouembris, anno MCCCCXVII. Pontificatus I. sepultus in ecclesia S. Mariæ Transtiberim.

Anglus Barbadicus, Venetus, Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri, obijt Gebennis XVII. Calend. Septembris, anno MCCCCXVIII. Pontific. I. sepultus ibidem in cathedrali.

Antonius de Calancho, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, obijt Lausanis, ubi erat Archiepiscopus III. Nonas Septembris, eodem anno ibidem in cathedrali sepultus.

Frater Ioannes Dominici ord. prædicatorum Florentinus, Presbyter Card. tt. S. Xysti, obijt Budæ in legatione Hungarica IIII. Idus Iunii anno MCCCCXIX. Pontific. II. cadauer ibidem in suburbio in ecclesia fratrum S. Pauli primi eremitæ sepultum est.

Amadeus ex Marchionibus Sallutiarum Diac. Card. S. Mariæ nouæ, obiit Florentiæ IIII. Cal. Iulij anno MCCCCXIX. ibiq; sepultus.

Balthassar Cossa, Neapolitanus, Episcopus Card. Tusculanus, obiit Florentiæ XI. Cal. Ianuarij anno MCCCCXIX. Pontific. III. ibidem in Baptisterio sepultus.

Petrus Fernandi, Frias, Hispanus, Episcopus Card. Sabinus, obijt Florentiæ V. Idus Septembris, anno MCCCCXX. ibidem in ecclesia S. Mariæ de Angelis sepultus.

Carolus Viries Hispanus, Diac. Card. S. Georgii in Velabro obiit Romæ in regione Transtiberim VII. Idus Octobris, anno MCCCCXX. Pontificat. III.

Domnus . . . Hispanus, Abbas Montis Arragonum Presbyter Cardinalis, obijt Romæ, mense Nouembri, anno MCCCCXX. Pontificatus IIII.

Petrus Fonsecca, Portugallensis, Hispanus, Diac. Card. S. Angeli, obiit apud Vicouarrum XII. Cal. Septembris anni MCCCCXXII. Pontific. V. sepultus Romæ ad S. Petrum.

Alamannus Adimarius, Florentinus, Presbyter Card. tt. S. Eusebij, obiit Tibure XIIII. Cal. Octobris. eodem anno sepultus Romæ ad S. Ma-

riam nouam.

Lodouicus de Flisco, Genuensis, Diac. Card. S. Hadriani obiit Romæ III. Nonas Aprilis, anno MCCCCXXIII. Pontific. VI. Genuam translatus auito monumento sepultus est.

Petrus Maurocenus, Venetus, Diac. Card. S. Mariæ in Domnica, obiit in castro Gallicani Prænestinæ diœcesis III. Idus Augusti, anno Domini MCCCCXXIIII. Pontific. VII. cadauer Romam relatum ad S. Mariam nouam sepultum est.

Lodouicus de Barro, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ, obiit in Galliis anno MCCCCXXV. Pontific. VIII. ibique sepultus.

Petrus de Alliaco, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Chrysogoni obiit anno MCCCCXXV.

Ioannes de Bronhiaco, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, ac S. R. E. Vicecancellarius obijt Romæ mense Februario, anni MCCCCXXVI. Pontific. IX.

Simon Cramado, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Laurentij in Lucina, obijt an. MCCCCXXVI.

Thomas Neapolitanus, Presbyter Card. tt. Pammachij, obiit Romæ anno MCCCCXXVII. Pontificatus X. VI. Idus Septembris.

Rainaldus Brancatius, Neapolitanus Archidiaconus Card. SS. Viti, & Modestæ in macello martyrum, obiit Romæ mense Septembri, anno MCCCCXXVII. cadauer Neapolim translatum, sepultum est in ecclesia S. Angeli ad nidum, à se fundata.

Raimundus Mayrosius, Presbyter Card. tt. S. Praxedis obiit Romæ XII. Cal. Nouembris, anno MCCCCXXVII. sepultus in titulo suo.

Guillelmus Philasterii Cœnomanensis, Presbyter Card. tt. S. Marci, Archipresbyter Lateranensis obiit Romæ VIII. Idus Nouembris, anno MCCCCXXVIII. sepultus ad S. Chrysogonum.

Franciscus Landus, Venetus, Episcopus Card. Sabinus, obiit Romæ VII. Cal. Ianuarii anno MCCCCXXVII. Pontific. XII. sepultus ad S. Mariam maiorem.

Ioannes Germanus, Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, obiit in partibus, mense Decembri, anno MCCCCXXX. Pontific. XIIII. ibiq; sepultus.

Iacobus Insulanus, Bononiensis, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, obiit Mediolani XI. Cal. Martii, anno MCCCCXXXI. Pontific. XIIII. sepultus in ecclesia prioratus S. Mariæ de Calunzono prope Mediolanum.

OBITUS MARTINI PAPAE III.

Anno Domini MCCCCXXXI. Pontific. XIIII. X. Cal. Martii, Romæ in palatio obiit Papa Martinus III. dictus V. cadauer Laterani sepultum. uacauit sedes dies 10.
Eodē anno die obitus Papæ Martini Nouendialia eius celebrari sunt cœpta.
Eodem anno Cal. Martii, Spiritus sancti Missa ab Episcopo Albano cantata, Cardinales XIIII. qui tunc in urbe erant, conclaue ingreßi sunt, paratum in sacrario S. Mariæ super Mineruā ord. prædicatorum ubi altero die, uidelicet V. Nonas Martii elegerunt in Romanum Pontificem D. Gabrielem Condulmerium Venetum, Presbyterum Cardinalem tt. S. Clementis qui Eugenius Papa IIII. appellatus est.

EVGENIVS IIII. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI. MCCCCXXXI.

SIGNVM EVGENII PAPAE IIII.

ADIVTOR ET PROTECTOR ES TV DOMINE NE DERELINQVAS ME DEVS MEVS.

EVGENIVS PAPA IIII. Domnus Gabriel antea uocatus, Venetiis familia Condulmeria populari ortus Gregorii Papæ XII. sororis filius fuit. fuerat autem ante dignitates ecclesiasticas canonicus (ut uocant) secularis Cælestini habitus, congregationis S. Georgii in Alga Venetiarum, ab auunculo uero in Pontificem Maximum renunciato, ad Romanam curiam euocatus, ab eo primo Protonotarius Apostolicus, Thesaurarius suus, mox electus Episcopus Senensis, & S. Mariæ nouæ Diaconus Cardinalis, demum tt. S. Clementis Presbyter creatus est; qui nonnisi in concilio Constantiensi, quando Gregorius Papa XII. Pontificatu abdicauit, pro Cardinali haberi cœptus est, sub Martino autem Papa III. Agripiceni legatum egit. quo mortuo V. Nonas Martii, anni MCCCCXXXI. omnium Cardinalium in conclaui existentium suffragijs Pontifex Maximus renunciatus V. Idus Martij apud Basilicam S. Petri suæ coronationis insignia suscepit. 210
Sedit autem in Apostolica sede Impp. Cæsaribus Sigismundo, Alberto, & Friderico III. Augustis, annos 15. menses 11. diesq; 21.

CARDINALES XIX. VIVI QVANDO EVGENIVS PAPA IIII. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES III.

VRBAN. VI. BONIF. IX. ET IOAN. XXII.

* Frater Angelus de Anna, Episcopus Card. Prænestinus Decanus.

INNOCENT. VII. ET IOANN. XXII.

Iordanus Vrsinus, Episcopus Card. Albanus, maior Pœnitentiarius.

GREGORIVS PAPA XII.

Antonius Corarius, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

PRESBYTERI CARDINALES X.

IOANNES PAPA XXII.

Antonius Pancerinus, tt. S. Susannæ, S. R. E. Archipresbyter.

GREGORIVS PAPA XII.

Domnus Gabriel Condulmerius, tt. S. Clementis.

IOANNES PAPA XXII.

Branda Castellio, Presbyter Card. tt. S. Clementis.

BENEDICTVS PAPA XI.

* Frater Petrus de Fuxo, tt. S. Stephani in Cœlio monte.

MARTINVS PAPA III.

Ioannes de Rupescissa, tt. S. Laurentij in Lucina S. R. E. Viceeancellarius.

Domnus Lodouicus Alamannus, tt. S. Cæciliæ.

* Henricus Anglicus, tt. S. Eusebij.

Antonius Caßinus, tt. S. Marcelli.

Frater Nicolaus Albergatus, tt. S. Crucis in Hierusalem.

* Ioannes Ceruantes S. Petri ad uincula, tt. Eudoxiæ.

DIACONI CARDINALES VI.

IOANNES PAPA XXII.

Lucidus Comes S. Mariæ in Cosmedin S. R. E. Archidiaconus.

BENEDICTVS PAPA XI.

Alphonsus, Carillus, Hispanus, S. Eustachij.

MARTINVS PAPA III.

Ardicinus de la Porta, SS. Cosmæ, & Damiani.

Hugo Lusignanus, Cyprius, S. Hadriani.

Prosper Columna S. Georgij in Velabro.

* Iulianus Cæsarinus, Diac. Card. S. Angeli.

CARDINALES IIII. A MARTINO PAPA III. CREATI, VERVM AB EVGENIO PAPA IIII. PVBLICATI ANNO PONTIFIC. I.

Dominicus Ram, Hispanus, Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij.

Frater Ioannes Casanoua, Hispanus, ord. prædicatorum, Presbyter Card. tt. S. Xysti.

Guillelmus Diuanus, de Monteforti, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ.

Dominicus Capranica, Romanus, Diaconus Card. S. Mariæ in uia lata.

PRIMA CREATIO DVORVM CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCXXXI. *Pontificatus primo* XIII. *Cal. Octobris Romæ Papa Eugenius* IIII. *primo creauit duos Cardinales, qui fuere*

Franciscus Condulmerius, Venetus, eius fratris filius, Protonotarius Apostolicus, & Vicecamerarius, Presbyter Card. tt. S. Clementis, & S. R. E. Camerarius.

Angelottus Fuscus, Romanus, Episcopus Cauensis, Presbyter Card. tt. S. Marci.

SECVNDA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini MCCCCXXXVII. *Pontificat.* VII. V. *Idus Augusti, Florentiæ, Eugenius Papa* IIII. *creauit Cardinalem unum, qui fuit Ioannes Vitellescbus, Cornetanus, Protonot. Apostolicus, Episcopus Recanatensis, post Archiepiscopus Florentinus, Patriarcha Alexandrinus, Marchiæq; Anconitanæ Legatus, Presbyter Cardinalis, tt. S. Ceciliæ.*

TERTIA XVII. CARDINALIVM CREATIO.

Anno Domini MCCCCXXXIX. *Pontific.* IX. XV. *Cal. Ianuarii, Florentiæ in concilio generali, in publico Consistorio Papa Eugenius* IIII. XVII. *creauit Cardinales, qui fuere*

Reginaldus de Caruare, Gallus, Decanus Beluacensis, cubicularius, & Referendarius Apostolicus, regni Francorum Cancellarius, & Ar-

chiepiscopus Remensis, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.
Ioannes ex comitibus Taliacotij, Neapolitanus, Archiepiscopus Taretinus Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei post, S. R. E. maior Pœnitentiarius.
Ioannes Kemp. Anglus ex Archiepiscopo Eboracensi, Archiepiscopus Cantuariensis, & Angliæ primas, Presbyter Card. tt. S. Balbinæ.
Nicolaus de Acciapacio, Surrentinus, Campanus, DD. Doctor, ex Episcopo Tropiensi Archiepiscopus Capuanus, Presbyter Card. tt. S. Marcelli.
Lodouicus de Lutcemburgo, Gallus, ex Episcopo Morinensi Archiepiscopus Rothomagensis, Presbyter Card. tt. SS. quatuor Coronatorum.
Isidorus Thessalonicensis Græcus, monachus S. Basilii, & Abbas S. Demetrii Constantinopoli, Archiepiscopus Ruthenorum, Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.
Georgius de Sanigono, de Flisco, ex Lauaniæ comitibus, ciuis, & Archiepiscopus Genuensis, Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ.
Bessarion Trapezuntius, Græcus, Asiaticus, monachus S. Basilii, Archiepiscopus Nicænus, Presbyter Card. Basilicæ SS. XII. Apostolorum.
Gerardus Landrianus, Mediolanensis, Episcopus Comensis, Presbyter Cardinalis S. Mariæ Transtiberim, tt. Calisti.
Sbigneus Polonus Episcopus Cracouiensis, Presbyter. Card. tt. S. Priscæ.
Antonius Martini de Clauibus, Lusitanus, Hispanus, ex Decano Elborensi Episcopus Portugallensis, Presbyter Card. tt. S. Chrysogoni.
Petrus Schouuembergus diœcesis Herbipolensis, in Franconia Germanus, Episcopus Augustanus, Presbyter Card. S. Vitalis tt. Vestinæ.
Ioannes Iuuenis, Picardus, Gallus, V. I. Doctor, ex Episcopo Cosoronensi Episcopus Morinensis, Presbyter Card. tt. S. Laurentii in Lucina.
Dionysius Agriensis, Hungarus, Archiepiscopus Strigoniensis, Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.
Guillelmus de Estonteuilla, Nortmandus, Gallus, DD. Doctor, ex Episcopo Marinensi Episcopus Andegauensis, post Biterensis, demum Rothomagensis Archiepiscopus, Presbyter Card. SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitii.
Frater Ioannes de Turre cremata, Hispanus, ord. Prædicatorum Theologus, & magister sacri palatii, Presbyter Cardinalis tt. S. Xysti, post tt. Calisti.
* Albertus de Albertis, Florentinus, electus Episcopus Camers, Diac. Card. S. Eustachii.

QVARTA DVORVM CARDINALIVM CREATIO.

Anno

Anno Domini MCCCCXL. Pontific. X. Cal. Iulijs Romæ, Eugenius Papa IIII. duos creauit Cardinales; hi fuere

Lodouicus Scarampus Patauinus Medicus, Patriarcha Aquileiensis, Presbyter Card. tt. S. Laurentij in Damaso, & S. R. E. Camerarius.

Petrus Barbus, Venetus, eius sororis filius, protonotarius Apostolicus, electus Episcopus Ceruiensis, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

QVINTA VNIVS CARDINALIS CREATIO.

Anno Domini MCCCCXLIIII. Pontific. XIIII. IIII. Idus Iulij, Romæ Papa Eugenius IIII. creauit Cardinalem unum, is fuit

Alphonsus Boria, ex oppido Sauina, Valentinæ Diœcesis, Hispanus, Archiepiscopus Valentinus, DD. Doctor, Presbyter Card. tt. SS. quatuor Coronatorum.

SEXTA QVATVOR CARDINALIVM CREATIO.

Anno Domini MCCCCXLVI. Pontificat. XVI. XVII. Cal. Ianuarii, Romæ Eugenius Papa IIII. creauit quatuor Cardinales, hi fuerunt

Henricus de Sancto Allosio, Mediolanensis, ex Episcopo Terdonensi, Papiensis, post Archiepiscopus Mediolanensis, Presbyter Card. tt. S. Clementis.

Thomas Lucanus Sergianensis, diœcesis Lunensis, Ligur, magister in Theologia, Episcopus Bononiensis, Presbyter Card. tt. S. Susannæ.

Domnus Ioannes Siculus, monachus congregationis S. Iustinæ, Abbasq; S. Pauli extra muros urbis, Presbyter Cardinalis tt. S. Sabinæ.

Ioannes Caruaial, Hispanus, V. I. Doctor, ciuis, & electus Episcopus Palentinus Diac. Cardinalis S. Angeli.

EPISCOPI CARDINALES XI. MVTATI VEL CREATI AB EVGENIO PAPA IIII.

Iordanus Vrsinus, ex Episcopo Albano, Episcopus Card. Sabinus.

Antonius Corarius ex Episcopo Portuensi, & S. Rufinæ Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

Antonius Pancerinus, ex Presbytero tt. S. Susannæ Ioannis XXII. Episcopus Card. Tusculanus.

Branda Castellio, ex Presbytero tt. S. Clementis, Ioannis XXII. Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

Frater Petrus de Fuxo, ex Presbytero tt. S. Stephani in Cœlio, monte Benedicti XI. Episcopus Card. Albanus.

Hugo Lusignanus, ex Diacono S. Hadriani, Martini III. Presbyter Card. tt. S. Clementis, & paulo post Episcopus Card. Prænestinus.

Iulianus Cæsarinus, Romanus, ex Diacono S. Angeli, Martini III. Presbyter Card. tt. S. Sabinæ, & post Episcopus Card. Tusculanus, & maior Pœnitentiarius.

Dominicus Ram, Hispanus, ex Presbytero Card. tt. Pammachii, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

Ioannes Taliacotius, ex Presbytero tt. SS. Nerei, & Achillei, Episcopus Card. Prænestinus.

Ioannes Ceruantes, ex Presbytero tt. Eudoxiæ, Martini Papæ III. Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

Franciscus Condulmerius, ex Presbytero Card. tt. S. Clementis, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

Dominicus Capranica, ex Diacono S. Mariæ in uia lata, Martini III. Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hierusalem.

Papa Eugenius IIII. sex Cardinalium ordinationibus Cardinales nouos XXVII. creauit, uidelicet Episcopos IX. in quibus septem ex antiquis Presbyteris, Presbyteros XXIII. in his unum ex antiquo Diacono, & Diaconos tres.

VICECANCELLARII S.R.E. SVB EVGE. PAPA IIII.

Ioannes de Rupescissa, Presbyter Card. tt. Lucinæ, ab anno Pontificatus primo, ad VII.

Franciscus Condulmerius, Presbyter Card. tt. S. Clementis, post Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ, ab anno septimo ad finem Pontific.

CARDINALES XXIII. MORTVI SVB EVGENIO PAPA IIII.

Frater Angelus de Anna, Neapolitanus, monachus Camaldulēsis, Episcopus Card. Prænestinus, & Decanus, obijt Romæ mense Aprilis, anno MCCCCXXXI. Pontific. I. Neapolim translatus, in ecclesia S.

Mariæ de Porta noua sepultus est.

Antonius Pancerinus, de Portugruario Episcopus Card. Tu culanus, obijt Romæ anno MCCCCXXXI. V. Nonas Iulij. sepultus ad S. Petrū.

Guillelmus Diuanus, de Monteforti, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ, obiit Senis in Tuscia V. Cal. Octobris anni MCCCCXXXII. Pontific. II. ibiq; sepultus.

Alphonsus Carillus, Hispanus, Diac. Card. S. Eustachij, obijt Basileæ in concilio, anno MCCCCXXXIIII. Pontific. IIII. ibique sepultus.

Ardicinus de la Porta, Nouariensis, Diac. Card. SS. Cosmæ, & Damiani obijt Romæ V. Idus Augusti anno MCCCCXXXIIII. sepultus ad S. Petrum.

Frater Ioannes Casanoua, Arrago, Hispanus, ord. Prædicatorum, Presbyter Card. tt. S. Xysti, obiit Florentiæ Kal. Martii, anno MCCCCXXXVI. ibidem in ecclesia Prædicatorum S. Mariæ Nouellæ sepultus est.

Ioannes de Rupescissa, Gallus, Presbyter Card. tt. Lucinæ, & S. R. E. Vicecancellarius, obiit Bononiæ in legatione anno MCCCCXXXVII. VII. Cal. Aprilis: ibidem sepultus.

Lucidus de Comite, Romanus, Diac. Card. S. Mariæ in Cosmedin, obiit Bononiæ V. Idus Septembris anno MCCCCXXXVII. Pontificat. VII. sepultus ibidem ad Seruitas.

Antonius Casinus, Senensis, Presbyter Card. tt. S. Marcelli, obiit Romæ prid. Nonas Februarii, anno MCCCCXXXIX. Pontific. VIII. sepultus ad S. Mariam maiorem.

Ioannes Vitellescus, Cornetanus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, obiit Romæ in mole Hadriani VI. Idus Aprilis, anno MCCCCXXXIX. Pontific. IX. sepultus ad Mineruam.

Iordanus Vrsinus, Romanus, Episcopus Card. Sabinus, & maior Pœnitentiarius, Decanusq; collegii, obiit al balnea Petriolana, Senensis diœcesis IIII. Cal. Iunii, anno MCCCCXXXIX. cadauer Romam portatum ad S. Petrum sepultum est.

Hugo Lusignanus, Cyprius, Græcus, Episcopus Card. Prænestinus, obiit priuatus in Subaudia, mense Augusto, anno MCCCCXLII. Pontificatus XII.

Branda Castellio Mediolanensis, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ, obiit in Castillionco suo Mediolanensis diœcesis, Prid. Nonas Februarii, anno MCCCCXLIII. ibique sepultus.

Frater Nicolaus Albergatus Bononiensis, ordinis Carthusianorum, Pres-

byter Card. tt. S. Crucis in Hierusalem, obiit Senis VII. Idus Maii, anno Domini MCCCCXLIII. Pontificatus XIII. sepultus ibidem ad Carthusianos.

Lodouicus de Lutcimburgo, Gallus, Presbyter Cardinalis tt. SS. quatuor Coronatorum, obiit in Galliis, ibiq; sepultus anno Domini MCCCCXLIII.

Angelottus Fuscus, Romanus, Presbyter Card. tt. S. Marci, Romae à familiari occisus est, prid. Idus Septembris, anni MCCCCXLIIII. Pont. XIIII. sepultus ad Mineruam.

Antonius Corarius, Venetus, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinae, post Ostiensis, & Veliternus, Decanus, obiit Patauii XIIII. Cal. Februarii anno MCCCCXLV. Pontificat. XIIII. cadauer Venetias portatum ad S. Georgium in Alga sepultum est.

Dominicus Ram, Hispanus, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinae, obijt Romae, mense Aprili, anno MCCCCXLV. Pontific. XV. sepultus Laterani.

Iulianus Caesarinus, Romanus, Episcopus Card. Tusculanus, & maior Poenitentiarius, Archipresbyter S. Petri occisus est in Hungaria in Bello contra Turcas, mense Iulio, anni MCCCCXLV. Pontificatus XV.

Albertus de Albertis, Florentinus, Diac. Card. S. Eustachij, obiit in monasterio Cryptaeferratae, Tusculanensis dioecesis III. Idus Augusti, anno MCCCCXLV. cadaueris pars Romã relata, Laterani sepulta est.

Gerardus Landrianus Mediolanensis, Presbyter Card. tt. Calisti, obiit Viterbii VII. Idus Octobris, anno MCCCCXLV. ibidem ad minores sepultus.

Reginaldus de Carnare, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Coelio monte, obiit in Galliis, ibique sepultus anno Domini MCCCCXLVI. Pontific. XVI.

Frater Petrus ex comitibus de Fuxo, Episcopus Card. Albanus, ordinis minorum, obiit Auinione, cuius Legatus erat anno MCCCCXLVI. ibidem ad minores sepultus.

Eugenius IIII. priuauit dignitate Cardinalatus, & ceteris sacerdotiis Lodouicum Alamannum Presbyterum Card. tt. S. Caeciliae, quod concilio Basileensi adhaesisset. restitutus autem fuit à Nicolao Papa V.

OBITVS EVGENII PAPAE IIII.

Anno Domini MCCCCXLVII. VII. Cal. Martii, Romae in Pala-

tio Apostolico iuxta S.Petrum, obiit Eugenius Papa IIII. cadauer in Basilica S. Petri sepultum est. uacauit Romana sedes dies X.

Eodem anno die obitus Papæ Eugenii IIII. eius Nouendialia in Basilica S. Petri à Cardinalibus celebrari sunt cœpta.

Eodem anno IIII. Nonas Martii, finitis exequiis Eugenii Papæ IIII. & Spiritus sancti sacris ab Episcopo Portuense factis, Cardinales in urbe præsentes numero XVIII. conclaue ingressi sunt paratum in sacrario Mineruæ, pro electione noui Pontificis: qui altero post ingressum conclauis die, uidelicet pridie Nonas Martii, elegerunt in Romanum Pontificē Thomam Lucanum, Sergianensem, Presbyterum Card. tt. S. Susannæ, qui Nicolaus Papa V. appellatus est.

CONCILIVM BASILEENSE ET SCHISMA XXIX. IN ROMANA ECCLESIA.

INdixerat concilium Basileense ex præscripto concilii generalis Constantiensis Martinus Papa III. in quo de componendis moribus tam Clericorum, quam Laicorum nimia licentia iam labefactatis, itemq; de ecclesiæ Romanæ reformatione agendum esset: iamq; ad eum inchoandum legatum Cardinalem Iulianum Cæsarinum maxima cum auctoritate miserat, quum rebus humanis exemptus est. huius successor Eugenius IIII. Martini institutum sequutus concilium ipsum à Martino indictum auctoritate sua confirmauit, atque approbauit, & ut inciperetur à legato Iuliano Cæsarino uoluit. quum autem maxima prælatorum multitudo ex uniuerso orbe Latino Basileam in dies conflueret, atque XIIII. Cal. Augusti, anni MCCCCXXXI. Pontificatus Eugenii Papæ IIII. primo, concilium inchoatum esset, multa de ecclesiæ Romanæ reformatione tractari cœpta sunt; in quibus sub prætextu reformandi rempublicam Christianam, pleraque ecclesiæ Romanæ priuilegia, & ea, quæ erant magis necessaria, omnino tollere, & antiquare studebant. id ueritus Papa Eugenius IIII. Concilium Basileense, licet illud iam pridem approbasset, legato Apostolicæ sedis reuocato, ob eiusmodi caussam dissoluere iussus est, eumq; Ferrariam transtulit, hac occasione, quod diceret Græcos cum ecclesia Romana in fidei articulis, in quibus Græci aberrabant, conuenturos eundem locum sibi delegisse. quæ omnia eo tendebant, ut concilium Basiliense dissolueretur, quo cognito Prælati concilii Basileensis, quorum signifer, & dux erat Lodouicus Alamannus Cardinalis Arelatensis, qui ab Eugenio

IIII. cum quo graues inimicitias habebat, ad eos confugerat, nulla ratione unquam compelli potuerunt, ut Eugenio obtemperarent. quamobrem non solum Basilea non discesserunt, sed ipsum cum Cardinalibus omnibus ad concilium Basileense legitime congregatum citauerunt. ipse autem Basileam omnino accedere renuens, quo illud concilium uel omnino tolleret, uel infirmaret, Ferrariam, ubi suo nomine Nicolaus Albergatus Cardinalis tt. S. Crucis Apostolicæ sedis legatus V. Idus Aprilis, anno MCCCCXXXVIII. concilium generale abse iam pridem indictum inchoauerat, cum suis Cardinalibus profectus est Pontificatus sui anno VIII. in quo de omnibus controuersiis transactum est, quæ unquam inter Græcos, & Latinos emerserint; uerum nono, postquam inchoatum fuerat, mense, repentina pestis ui Ferrariæ ingruente, Pontifex Eugenius coactus est illud Florentiam transferre, ubi anno sequenti MCCCCXXXIX. pridie Nonas Iulii finitum est, quum per annum, & tres ferè menses partim Ferrariæ, & partim Florentiæ perdurasset: in eo autem Græcam ecclesiam cum Romana in eis articulis fidei consensisse ferunt, de quibus olim maxima inter utrasq; ecclesias exorta fuerat cõtrouersia. interim uero Basileenses, quum Eugenium IIII. suosq; Cardinales Basileam ad concilium sæpe citassent, nec unquam uel accedere, uel aliquem suo nomine mittere uoluisset, ipsum tunc Florentino concilio insistentem damnauerunt, & anathemate notatum, in publica XXXIIII. sessione VII. Cal. Iulij anni MCCCCXXXIX. Romano Pontificatu priuauerunt. sacerdotij sui anno VIII. mense III. & die XXIII. atque ad alterius Pontificis electionem hac ratione eodem anno processerunt.

Priuato Romano Sacerdotio Eugenio IIII. prælati Concilii Basileensis, quibus Cardinalis Arelatensis Eugenio IIII infensissimus præsidebat de noua Romani Pontificis electione pertractare cœperunt, atque post multas disceptationes, tandem in hanc sententiam deuentum est, ut Triumuiri nominarentur, qui ex corpore concilij nouem, & uiginti alios electores, omnes uiros religiosos, & in sacris ordinibus constitutos, legerent, quorum suffragijs cum ipso Cardinali Arelatensi nouus Romanus Pontifex eligeretur: tunc pridie Idus Octobris, anni MCCCCXXXIX. ex sententia Guillelmi Archidiaconi Metensis, postea Cardinalis frater Thomas Abbas de Donduno Scotus; Ioannes Segobiensis Hispanus, & Thomas Corcellus, uiri graues, & prudentes, eximiæq; probitatis existimati, ac sacræ Theologiæ Doctores lecti sunt, cum auctoritate, ut singuli tot collegas ex quatuor nationibus,

quæ concilio intererant, Italica *uidelicet*, Gallica, Hispana, *&* Germanica, *sibi cooptarent qui cum ipsis* X X X I I. *numerum complerent. statutum enim in concilio fuerat in electione* Pontificis *futuri addendos esse* Cardinalibus, *qui electioni essent adfuturi duos &* X X X. *alios electores octo s. ex unaquaque natione. quo autem hæc commodius perfici possent*, Triumuiri I X. *Cal.* Nouembris *quartum sibi conlegam adsciscunt* Christianum de Grez Germanum: *nam totidem erant nationes, qui simul iuncti* V. *Cal.* Nouembris *in publica* X X X V I I. *concilij* Basileensis *sessione* X X V I I I. *alios electores elegerunt, pari numero ex omnibus nationibus, septem uidelicet pro qualibet natione, quæ quatuor erant. porro autem inter ipsos electores fuerunt* Episcopi X I. *Abbates* V I I. *Theologi* V. *interluminati ac Doctores* I X. *omnes in* Presbyterij *ordine constituti, quorum suffragijs, & lectione, nouus* Romanus Pontifex *crearetur*.

Eodem *anno* I X. *Cal.* Nouembris *locus conclauis, in* Episcopali *palatio extructus est, & cellulæ* Romano *more omnibus diuisæ.*

Eodem *anno* I I I. *Cal.* Nouembris, *officiales conclauis uidelicet custodes numero* X I. *Clerici cæremoniarum duo;* Promotor *unus, &* Soldanus *unus in concilio creati sunt*.

Eodem *anno, & die uidelicet* I I I. *Cal.* Nouembris, *cantata missa* Spiritus *sancti per dominum* Cardinalem Arelatensem, *omnibusq; electoribus sacra* Eucharistia *refectis, electores ipsi numero* X X X I I I. *cum ipsomet* Cardinali *conclaue ingreßi sunt paratum in* Episcopali *palatio* Basileensi *pro noui* Pontificis *electione, ubi sex diebus commorati, septimo postquam conclaue ingreßi fuerant die, à depositione uero* Eugenii *Papæ* I I I I. *mense* I I I I. *& die* X I I. *hoc est* Nonis Nouembris, *mane, hora tertia, facto scrutinio, sex & uiginti electorum suffragijs,* Amadeus *olim* Subaudiæ Dux, *tunc uero in solitudine* Ripaliæ Gebennensis *diœcesis, uitam eremiticam agens* Romanus Pontifex *in schismate renunciatus est, qui electioni de se factæ assensum præbens,* Felix Papa V. *appellatus est*.

FELIX IIII. DICTVS V. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCCCXXXIX.

SIGNVM FELICIS PAPAE IIII.

* * *

58 FELIX PAPA IIII. DICTVS V. *Amadeus antea uocatus, qui nobilißimo genere ducum Subaudienſium ortus, & ipſe olim* Dux *Subaudiæ fuerat: qui Chriſti amore ſuccenſus, filiis principatu relicto, uitam ſolitariam elegerat,* Eremitæq; *habitu aßumpto, cum decem alijs nobilibus uiris in ſolitudine* Ripaliæ Gebennenſis *diœceſis in monaſterio à ſe conſtructo uitam angelicam agens, deo ſeruiebat; uocabaturq;* Decanus *militum* Ieſu Chriſti, *ordinis* S. Auguſtini, *monaſterij* S. Mauritii *de* Ripalia: *qui dum religioſe in ea ſolitudine uiueret, à prælatis concilij* Baſileenſis, *abrogato* Eugenio IIII. Romanus *Pontifex in ſchiſmate in eius locum factus eſt,* Felixq; V. *appellatus, quum potius* IIII. *dicendus eſſet.*

Sedit autem in ſua obedientia in ſchiſmate contra Eugenium Papam IIII. *&* Nicolaum V. Impp. *Cæſaribus* Alberto, *&* Friderico IIII. *Auguſtis annos 9. menſes 6. & dies 7.*

ELECTORES XXXIII. QVI FELICEM PAPAM IIII. CREAVERVNT.

PRESBYTER CARDINALIS I.

MARTINVS PAPA III.

Lodouicus Alamannus, Gallus, Presbyter *Card. tt. S. Cæciliæ, Arelatenſis uulgo appellatus, qui non Triumuirali lectione, ſed iure, quo in electione Romani Pontificis Cardinales habent, conclaue ingreſſus eſt.*

ELECTORES VIII. NATIONIS ITALICAE.

Guillelmus Gallus, Epiſcopus Vercellenſis.
Georgius ex Marchionibus Sallutij, Epiſcopus Auguſtanus.
Ioannes Epiſcopus Eporedienſis.
Lodouicus Epiſcopus Auguſtæ prætoriæ Taurinorum.
Frater Aleranus de Carrecto Genuenſis, Abbas monaſterii S. Benigni Fructuarienſis, Eporedien. diœceſis.

Frater Iacobus de Segnesta Abbas S. Benedicti Taurinensis diœcesis.

Frater Ioannes de Montecomito DD. D. Præceptor Domus S. Antonii de Reuerso Taurinensis diœcesis.

Frater Bartholomæus de Prouanis, præceptor Domus S. Antonij de Clauasio Eporediensis diœcesis DD. Doctor.

ELECTORES VIII. NATIONIS GALLICAE.

Ioannes Arsius de Artus, Gallus, Archiepiscopus Tarentasiensis.

Franciscus, Episcopus Gebennensis.

Bernardus Episcopus Aquensis, cui podagra laboranti suffectus est Lodouicus Episcopus Maßiliensis.

Frater Raimundus Abbas Conchensis, Ruthenensis diœcesis.

Nicolaus Thibouth Northmādus, Pœnitentiarius, Cōstantiensis Theologus.

Ioannes de Valle Britto Rector Parœcialis ecclesiæ de plenior diœc. Lugdunensis Theologus.

Thomas Corcellus canonicus Ambianensis Theologus.

Guillelmus Hugonis de Stagno, Virdunensis, Archidiaconus Metensis V. I. D.

ELECTORES VIII. NATIONIS GERMANICAE.

Fridericus Episcopus Basileensis.

Frater Conradus Abbas de Lucella, Theologus, ordinis Cistertiensis, diœcesis Basileensis.

Frater Thomas de Donduno Scotus, Abbas Cistertiensis diœcesis, Casæ candidæ Theologus.

Detzelaus Polonus Archidiaconus Cracouiensis DD. Doctor.

Ioannes VViler Decanus Basileensis, DD. Doctor.

Henricus Iudæus, Coloniensis, LL. Doctor.

Iacobus Saltzburgensis, Licentiatus in iure canonico, canonicus Ratisponensis.

Christianus de Gretz Reginæ præpositus ecclesiæ S. Petri in Bramia, Olmucensis diœcesis, magister in Theologia.

ELECTORES VIII. NATIONIS HISPANAE.

Otho Episcopus Dertusensis.

Georgius Episcopus Vicensis Legatus regis Arragonum.
Lodouicus Portugallensis Episcopus Visensis Legatus regis Portugalliae.
Frater Petrus Abbas S. Cucuphatis Barchinonensis dioecesis.
Frater Antonius Abbas Arularum Eluensis dioecesis.
Ioannes de Villa Vezzosa Segobiensis Archidiaconus Ouetensis Theologus.
Bernardus Buscho Canonicus Ilerdensis DD. Doctor.
Raimundus Allioli canonicus Tyrasonensis DD. Doctor.

Ab his igitur Felix IIII. electus est, cuius electio XV. Cal. Decembris in publica XXXIX. sessione ab omni concilio confirmata fuit.

Eodem anno III. Nouas Decembris legati XXV. à concilio ad Amadeum mittuntur ut eius cognoscerent uoluntatem, qui XV. Cal. Ianuarii electioni de se factae consentiens Felicis nomen assumpsit.

PRIMA CREATIO IIII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCXL. quum Felix Papa IIII. iter Basileam uersus ad concilium arripuisset, & Cardinales non haberet, ut augustiori cultu Basileam ingredi posset, concilium Basileense illi ut nouos crearet Cardinales permittunt: statutum enim fuerat in IIII. sessione eius concilii, ne Pontifex Romanus durante synodo Cardinales crearet. quapropter eodem anno, Pontificatus sui primo, mense Aprilis, ante coronationem suam, primo quatuor fecit Cardinales, qui fuere

Lodouicus Gallus, Episcopus Lausanensis, Presbyter Cardinalis.
Bartholomaeus Italus, Episcopus Nouariensis, Presbyter Cardinalis.
Vrbanus electus Episcopus Traiectensis Germanus, Presbyter Cardinalis.
Aphonsus Carillus Hispanus, Protonotarius Apostolic. Diac. Card. S. Eustachij.

CORONATIO FELICIS PAPAE IIII.

Anno Domini MCCCCXL. Felix Papa IIII. IX. Cal. Iunij Basileam ingressus est, & IX. Cal. Augusti suae coronationis insignia suscepit.

SECVNDA CREATIO IX. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCXL. Pontificat. primo IIII. Idus octobris Basileae Papa Felix iterum creauit Cardinales, qui fuere

Alexander filius Zemouitti Ducis Mosouiæ Polonus, Germanus Episcopus Tridentinus, & Patriarcha Aquileiensis, Presbyter Card. tt. S. Laurentij in Damaso.

Otho Hispanus, Episcopus Dertusensis, Presbyter Card. tt. S. Pudentianæ.

Georgius Hispanus, Episcopus Vicensis, Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ.

Franciscus Gallus, Episcopus Gebennensis, Presbyter Card. tt. S. Marcelli.

Bernardus Gallus, Episcopus Aquensis, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Ioannes Germanus, Episcopus Argẽtoratensis, Presbyter Card. tt. S. Xysti.

Ioannes Grucumalter ex Ducibus Bauariæ Germanus, ex canonico, & præposito, Episcopus Frisingensis, Presbyter Card. tt. S. Martini in montibus.

Sbigneus Polonus, Episcopus Cracouiensis, Presbyter Card. tt. S. Priscæ.

Ioannes de Villa Vezzosa Segobiensis Hispanus, Theologus Archidiaconus Ouetensis, Presbyter Card. tt. S. Mariæ Transtiberim.

TERTIA CREATIO VI. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCXL. Pontific. II. prid. Idus Nouembris Basileæ in concilio Papa Felix creauit tertio Cardinales, qui fuere

Dionysius Gallus, Episcopus Parisiensis, & Patriarcha Antiochenus, Presbyter Cardinalis.

Amadeus Gallus Archiepiscopus Lugdunensis, Presbyter Cardinalis.

Philippus Gallus, Archiepiscopus Turonensis, Presbyter Cardinalis.

Frater Nicolaus Tudescus Cathaniensis Siculus Monachus, & Abbas Monacensis, auditor Rotæ, Archiepiscopus Panhormitanus V.I.D. Presbyter Cardinalis.

Ioannes ex familia Ducum Britanniæ, Gallus, Episcopus Namretensis, Presbyter Cardinalis.

Ioannes Gallus, Episcopus Castrensis Regis Francorum confessor, Presbyter Cardinalis.

FINIS CONCILII BASILEENSIS.

Anno Domini MCCCCXLII. Pontificatus Papæ Felicis quarti, tertio XVII. Cal. Iulij celebrata XLV. (quæ ultima fuit) sessione in concilio Basileensi. finis eidem concilio impositus est, & in sequens triennium Lugduni aliud concilium generale celebrandum indictum, du

NICOLAVS V. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCCCXLVII.

SIGNVM NICOLAI PAPAE V.

* * *

NICOLAVS PAPA V. *magister Thomas antea uocatus, natione Ligur, oppido Sergiana, Lunẽsis dioecesis, ex ignobili familia, quæ Lucana dicebatur, ortus, patrem habuit Bartholomæum Medicum, matrem uero Andreolam, utrosque infimæ sortis homines hic. Bononiæ studijs literarum, & Theologiæ adulescens operam dedit, adiutus liberalitate Nicolai Albergati Cardinalis S. Crucis, atque magisterii, ut uocant, lauream consequutus est. mox quum Romam uenisset, studio eiusdem Cardinalis, in numero scriptorum Pœnitentiariæ relatus, paulo post subdiaconus Apostolicus factus est. ab Eugenio uero Papa IIII. Episcopus Bononiensis, & Presbyter Card. tt. S. Susannæ creatus, eius non longe post in Pontificatu Romano successor fuit: eo enim mortuo Romæ XVII. Cardinalium suffragijs pridie Nonas Martii Pontifex Maximus renunciatus, Nicolaum se appellari uoluit, hominis de se bene meriti, & cuius aliquando œconomus fuerat, Cardinalis uidelicet S. Crucis nomen assumens. coronatus autem fuit IIII. Idus Martij eiusdem anni prope Basilicam principis Apostolorum.* 211

Sedit uero in Apostolica sede Imp. Cæs. Friderico III. Augusto, annos 8. & dies 19.

CARDINALES XXIIII. VIVI QVANDO NICOLAVS PAPA V. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES III.

EVGENIVS PAPA IIII.

Ioannes Taliacotius, Episcopus Card. Prænestinus, Decanus, & maior Pœnitentiarius.

MARTIN. III. ET EVG. IIII.

* *Ioannes Ceruantes, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.*

EVGENIVS PAPA IIII.

Franciscus Condulmerius Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ, S. R. E. Vicecancellarius.

PRESBYTERI CARDINALES XVIII.

MARTINVS PAPA III.

* *Henricus Anglus, tt. S. Eusebij, S. R. E. Archipresbyter.*

EVGENIVS PAPA IIII.

* *Ioannes Kemp. Anglus, tt. S. Balbinæ.*
Nicolaus de Acciapacio, tt. S. Marcelli.
Georgius de Flisco, tt. S. Anastasiæ.
* *Isidorus tt. SS. Marcellini, & Petri.*
Bessarion Basilicæ SS. XII. Apostolorum.
* *Sbigneus Polonus, tt. S. Priscæ.*
Antonius Martini, tt. S. Chrysogoni.
* *Petrus à Schouuembergh, S. Vitalis, tt. Vestinæ.*
Ioannes Iuuenis, tt. S. Laurentij in Lucina.
* *Dionysius Hungarus, tt. S. Cyriaci in Thermis.*
Guillelmus de Estonteuilla, tt. S. Martini in montibus.
Frater Ioannes de Turre cremata, tt. S. Mariæ Transtiberim.
Lodouicus Scarampus, tt. S. Laurentii in Damaso, S. R. E. Camerarius.

MARTIN. III. ET EVGEN. IIII.

Dominicus Capranica, tt. S. Crucis in Hierusalem.

EVGENIVS PAPA IIII.

Alphonsus, tt. SS. IIII. Coronatorum.
Henricus de Sancto Allosio, tt. S. Clementis.
Thomas Lucanus, tt. S. Susannæ.
Domnus Ioannes tt. S. Sabinæ.

DIACONI CARDINALES III.

MARTINVS PAPA III.

Prosper de Columna S. Georgij in Velabro, S. R. E. Archidiaconus.

EVGENIVS PAPA IIII.

Petrus Barbus, Venetus S. Mariæ nouæ.
Ioannes Caruial Hispanus, S. Angeli.

PRIMA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini M.CCCCXLVIII. *Pontific.* II. XIII. *Cal. Aprilis Romæ Nicolaus Papa V. primo creauit Cardinalem unum, is fuit Magister Antonius Cerdanus Maioricensis, Theologus, Cubicularius Papæ, Archiepiscopus Messanensis, Presbyter Card. tt. S. Chrysogoni.*

SECVNDA CREATIO VI. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCXLVIII. *Pontific.* II. XIII. *Cal. Ianuarij Romæ Papa Nicolaus V. creauit iterum Cardinales, qui fuere*

Astorgius Agneusis Neapolitanus Archiepiscopus Beneuentanus, Presbyter Card. tt. S. Eusebii.

Latinus Vrsinus Romanus V. I. Doctor Archiepiscopus Tranensis, Presbyter Card. tt. SS. Ioannis, & Pauli.

Alanus Cœttinus Britto, Gallus, ex Episcopo Volensi, Corizopitensis, post Archiepiscopus Auinionensis, Presbyter Card. tt. S. Praxedis.

Ioannes Gallus, Confessor Delphini primogeniti regis Francorum ex Episcopo Cabilonẽsi Eduensis, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio mõte.

Philippus Calandrinus Sergianensis eius frater, Episcopus Bononiensis, Presbyter Card. tt. S. Susannæ, post tt. S. Laurentij in Lucina.

Magister Domnus Nicolaus de Cusa Germanus, ex canonico regulari Archidiaconus Leodiensis, & Protonot. Apostolicus, Theologus, Presbyter Card. S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ, post Episcopus Brixinensis.

TERTIA CREATIO V. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCXLIX. *Pontific.* III. XIIII. *Cal. Ianuarij, Romæ Papa Nicolaus V. ad extinctionem schismatis fecit tertiam Cardinalium ordinationem, in qua ex concordia facta cum Amadeo, olim Papa Felice hos creauit uel restituit Cardinales, qui fuere*

Amadeus olim Dux Subaudiæ Allobrox Felix Papa V. in sua obedientia appellatus, factus est Episcopus Card. Sabinus, collegij Cardinalium Decanus, & perpetuus Germaniæ legatus.

Lodouicus Alamannus, Gallus, Archiepiscopus Arelatensis, priuatus ab Eugenio IIII. restitutus à Nicolao V. Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.

Ioannes Arsius de Artus, Gallus, Comes & Archiepiscopus Tarentasiensis, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Lodouicus de Varambone, Gallus, Episcopus Maurianensis, Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ.

Guillelmus Hugonis de Stagno Virdunensis Gallus V. I. Doctor, Archidiaconus Metensis, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

EPISCOPI CARDINALES V. CREATI
A NICOLAO PAPA V.

Henricus de Sancto Allosio, Mediolanensis, Presbyter Card. tt. S. Clementis obijt Romæ IIII. Nonas Iulij anni MCCCCL. Pontific. IIII. sepultus in titulo suo.

Ioannes Ceruantes, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, obijt in Hispania anno MCCCCL.

Lodouicus Alamannus, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, obijt Areslate XIII. Cal. Nouembris anni MCCCCL. Pontific. IIII. ibidem in cathedrali sepultus.

Ioannes Iuuenis Picardus, Presbyter Cardinalis tt. Lucinæ, obiit Romæ V. Idus Septembris anni MCCCCLI. Pontificat. V. sepultus in titulo suo.

Astorgius Agnensis, Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Eusebij, obijt Romæ VI. Idus Octobris anni MCCCCLI. sepultus in claustro prædicatorum ad Mineruam.

Amadeus Allobrox, Episcopus Card. Sabinus, obijt Lausanis in legatione sua, ibiq; in cathedrali sepultus anno MCCCCLII. Pontificatus VI.

Franciscus Condulmerius Venetus, Episcopus Veronensis, & Card. Portuensis, & S. Rufinæ, ac S. R. E. Vicecancellarius, obiit Romæ Nonis Septembris, anni MCCCCLIII. Pontific. VII. cadauer ad S. Petrum in Vaticano sepultum est.

Ioannes Arsius de Artus, Gallus, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei, obiit in Gallijs, pridie Idus Decembris anni MCCCCLIII. sepultus ad Motyer.

Ioannes Kemp. Anglus, Presbyter Card. tt. S. Balbinæ, obijt, & sepultus est in Anglia, anno MCCCCLIIII. Pontificatus VIII.

Lodouicus de Varambone, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ, obijt nouissimis Nicolai Papæ V. temporibus.

Sbigneus Polonus, Episcopus Cracouiensis, Presbyter Card. tt. S. Priscæ obijt Sendomiriæ in Polonia anno MDLV. Pontific. IX. Cal. Aprilis, ibiq; sepultus.

OBITVS NICOLAI PAPAE V.

Anno Domini MCCCCLV. IX. Cal. Aprilis Romæ in palatio Apostolico iuxta S. Petrum obijt Nicolaus Papa V. eius cadauer in Basilica principis Apostolorum sepultum est. uacauit sedes dies XIIII.

Eodem anno VII. Cal. Aprilis eius Nouendialia in ecclesia S. Petri à Cardinalibus more maiorum celebrari sunt cœpta.

Eodem anno prid. Nonas Aprilis, finitis exequijs Nicolai Papæ V. Missaq; Spiritus sancti ab Episcopo Card. Ostiense cantata, Cardinales in urbe præsentes numero XV. conclaue ingressi sunt paratum in Apostolico palatio apud S. Petrum pro noui Pontificis electione, qui quinto post ingressum conclauis die elegerunt in Papam Alphonsum Boriam Hispanum Presbyterum Card. tt. SS. IIII. Coronatorum, qui Calistus Papa III. appellatus est.

CALISTVS III. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCCCLV.

SIGNVM CALISTI PAPA III.

* * *

212 CALISTVS PAPA III. Alphonsus Boria ante uocatus, natione Hispanus, oppido Sauina, Valentinæ diœcesis, ortus, patrem habuit Ioannem, matrem uero Franciscam utrosque generosi stemmatis. hic adulescens Iuri operam dedit, atque utriusq; Iuris doctor factus est. cum autem ex Archiepiscopo Valentino Eugenius Papa IIII. Presbyterum Card. tt. SS. IIII. Coronatorum creauit. qui Nicolao Papa V. uita functo Romæ apud Sanctum Petrum XV. Cardinalium suffragijs VI. Idus Aprilis anni MCCCCLV. Pontifex Maximus in eius locum factus XII. Cal. Maij suæ coronationis insignia suscepit. Sedit autem Imp. Cæsare Friderico III. Augusto, annos III. menses III. & dies XXVI.

CARDINALES XIX. VIVI QVANDO CALISTVS PAPA III. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES IIII.

EVGEN. IIII. ET NICOL. V.

Georgius de Flisco, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, Decanus.
Isidorus Græcus, Episcopus Cardinalis Sabinus.
Bessarion Græcus, Episcopus Card. Tusculanus.
Guillelmus de Estonteuilla, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

PRESBYTERI CARDINALES XIIII.

EVGENIVS PAPA IIII.

Petrus Schouuembergh S. Vitalis, tt. Vestinæ S.R.E. Archipresbyter.

Dionysius Hungarus, tt. S. Cyriaci in Thermis.
Frater Ioannes de Turre cremata, tt. S. Mariæ Transtiberim.
Lodouicus Scarampus, tt. S. Laurentij in Damaso S. R. E. Camerarius.

MARTIN. III. ET EVGEN. IIII.

Dominicus Capranica tt. S. Crucis in Hierusalem, maior Pœnitentiarius.

EVGENIVS PAPA IIII.

Alphonsus Boria tt. SS. quatuor Coronatorum.

NICOLAVS PAPA V.

Antonius Cerdanus tt. S. Chrysogoni.
Latinus Vrsinus, SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij.
Alanus Cœttinus, tt. S. Praxedis.
* *Ioannes tt. S. Stephani in monte Cœlio.*
Philippus Calandrinus, tt. S. Laurentij in Lucina.
* *M. Nicolaus de Cusa S. Petri ad Vincula tt. Eudoxiæ.*

FELIX IIII. ET NICOL. V.

Guillelmus de Stagno, tt. S. Sabinæ.

EVGEN. IIII. ET NICOL. V.

Petrus Barbus Venetus, tt. S. Marci.

DIACONI CARDINALES II.

MARTINVS PAPA III.

Prosper de Columna S. Georgij in Velabro S. R. E. Archidiaconus.

EVGENIVS PAPA IIII.

Ioannes Caruaial, S. Angeli.

PRIMA CREATIO III. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCLVI. Pontific. II. XIIII. Cal. Octobris, Romæ Papa Calistus III. primo creauit tres Cardinales, qui fuerunt
Lodouicus Milanus Valentinus Hispanus, eius sororis filius, ex Episcopo Segobiensi Ilerdensis, Presbyter Card. tt. SS. quatuor Coronatorum.
Iacobus nepos Regis Portugalliæ, Lusitanus, Hispanus, electus Archiepiscopus Vlixponensis, Diaconus Card. S. Mariæ in porticu.
Rodericus Lenzolius Boria, Valentinus, Hispanus, eius sororis filius, electus Archiepiscopus Valentinus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, & S. R. E. Vicecancellarius.

SECVNDA CREATIO VI. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCLVI. Pontific. II. XVI. Cal. Ianuarij Ro-

mæ Papa Calistus III. iterum creauit Cardinales, qui fuere
Rainaldus Pißicellus ciuis, & Archiepiscopus Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.
Ioannes de Mela ciuis, & Episcopus Zamorensis, Hispanus, Presbyter Card. tt. S. Priscæ.
Ioannes Castellio, Mediolanensis, ex Episcopo Constantiensi in Nortmandia Papiensis, Presbyter Card. tt. S. Clementis.
Iacobus Thebaldus Romanus, oriundus oppido Collis Scipionis I. ciuilis Doctor, Episcopus Ferretranus, Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ.
Riccardus Oliuerij de Ango Nortmandus, Gallus, Licentiatus in legibus Archidiaconus Rothomagensis, ciuis, & Episcopus Constantiensis, Presbyter Card. tt. S. Eusebij.
Aeneas Siluius Picolomineus ciuis, & electus Episcopus Senensis, Diac. Card. S. Eustachii, post Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

EPISCOPVS CARDINALIS CREATVS A PAPA CALISTO III.

Frater Ioannes de Turre Cremata, ex Presbytero tt. Calisti Eugenii IIII. Episcopus Card. Albanus.

Papa Calistus duabus ordinationibus mensibus Decembri, & Septembri factis, nouem creauit Cardinales, uidelicet Episcopum unum ex antiquis Presbyteris, Presbyteros VII. & Diaconos I.

Rodericus Boria, Valentinus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano S. R. E. Vicecancellarius sub Calisto Papa III.

CARDINALES MORTVI SVB CALISTO PAPA III.

Guillelmus Hugonis de Stagno, Virdunensis, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ, obiit Romæ V. Cal. Nouembris anni MCCCCLV. Pontific. I. sepultus in titulo suo.
Rainaldus Pißicellus Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, obijt Neapoli III. Idus Iulij anni MCCCCLVIII. Pontific. IIII. sepultus in cathedrali.
Dionysii Hungari, Presbyteri Cardinalis tt. S. Cyriaci in Thermis; quem

usque ad Calisti III. tempora uixisse constat, exitus obscurus est.

OBITVS CALISTI PAPAE III.

Anno Domini MCCCCLVIII. IIII. Nonas Augusti Romæ in palatio Apostolico S. Petri, obiit Calistus Papa III. cadauer eius in sacrario Basilicæ principis Apostolorũ sepultum est. uacauit sedes D. 17.

Eodem anno III. Nonas Augusti eius exequiæ more maiorum celebrari sunt cœptæ.

Eodem anno pridie Idus Augusti Spiritus sancti missa ab Episcopo Ostiense cantata, Cardinales XVIII. præsentes conclaue ingressi sunt paratum in Apostolico palatio S. Petri, pro noua Pontificis lectione; qui die XIIII. Cal. Septembris elegerunt in Papam Aeneam Siluium picolomineum Senensem, Presbyterum Cardinalem, tt. S. Sabinæ, qui pius Papa II. appellatus est.

Dominicus Capranicus Romanus, Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hierusalem maior Pœnitentiarius obiit Romæ XIX. Cal. Augusti anno Domini MCCCCLVIII. sede uacãte per obitum Calisti Papæ III.

PIVS II. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCCCLVIII.

SIGNVM PII PAPAE II.

*   *   *

PIVS PAPA II. Aeneas Siluius antea uocatus, natione Tuscus, patria Senensis, familia nobili, sed populari, Picolominea ortus; Corsiniani, quod oppidum est Senensis agri, patre Syluio, & matre Victoria natus est. fuit autem uir bonarum artium peritissimus, atque à secretis primo Dominici Capranici Cardinalis, post Nicolai Albergati Cardinalis S. Crucis, demum Friderici III. Imperatoris. à Nicolao autem V. ex canonico Tridentino, abbreuiatore, & subdiacono Apostolico, Episcopus Tergestinus, & paulo post Senensis designatus est. eum Calistus Papa III. Diaconum Cardinalem S. Eustachij, mox Presbyterum Cardinalem, tt. S. Sabinæ creauit. qui, mortuo eodem Calisto, Romæ in eius locum à Cardinalibus XIII. Cal. Septembris anni MCCCCLVIII. Pontifex Maximus renunciatus III. Nonas Septembris coronatus est. 213

Sedit autem in Apostolica sede Imp. Cæsare Friderico III. Augusto annos 5. menses 11. & dies 26.

CARDINALES XXIIII. VIVI QVANDO PIVS PAPA II. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES V.

EVG. IIII. ET NICOL. V.

Georgius de Flisco, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, Decanus.
Isidorus Græcus, Episcopus Cardinalis Sabinus.
Bessarion Græcus, Episcopus Card. Tusculanus.
Guillelmus de Estonteuilla, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

EVGEN. IIII. ET CALIST. III.

Frater Ioannes de Turre cremata, Episcopus Card. Albanus.

PRESBYTERI CARDINALES XV.

EVGENIVS PAPA IIII.

* *Petrus Scouuembergh, S. Vitalis, tt. Vestinæ, S. R. E. Archipresbyter.*
* *Lodouicus Scarampus, tt. S. Laurentii in Damaso, S. R. E. Camerarius.*

NICOLAVS PAPA V.

Antonius Cerdanus, tt. S. Chrysogoni.
Latinus Vrsinus, SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.
Alanus Cœttinus tt. S. Praxedis.
* *Ioannes tt. S. Stephani in Cœlio monte.*
Philippus tt. S Laurentii in Lucina, S. R. E. maior Pœnitentiarius.
* *D. Nicolaus de Cusa S. Petri ad uincula tt. Eudoxiæ.*

EVGEN. IIII. ET NICOL. V.

Petrus Barbus Venetus, tt. S. Marci.

CALISTVS PAPA III.

Lodouicus Milanus, tt. SS. IIII. Coronatorum.
Ioannes de Mela, tt. S. Priscæ.
Ioannes Castellio, tt. S. Clementis.
Iacobus Thebaldus, tt. S. Anastasiæ.
* *Ricardus Oliuerii, tt. S. Eusebij.*
Aeneas Syluius Picolomineus, tt. S. Sabinæ.

DIACONI CARDINALES IIII.

MARTINVS PAPA III.

Prosper de Columna S. Georgij in Velabro, S. R. E. Archidiaconus.

EVGENIVS PAPA IIII.

* *Ioannes Caruaial Diac. Card. S. Angeli.*

CALISTUS PAPA III.

Iacobus Lusitanus S. Mariæ in porticu.

Rodericus Borgia S. Nicolai in carcere Tulliano, S.R.E. Vicecancellarius.

PRIMA CREATIO V. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCLX. Pontific. II. III. Nonas Martii, Romæ Pius Papa II. primo creauit quinque Cardinales; qui fuere

Angelus Capranicus Romanus, Dominici Cardinalis frater, Episcopus Reatinus, Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hierusalem.

Berardus Herulus Narniensis, Auditor Rotæ, Episcopus Spoletanus, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Nicolaus Fortiguerra Pistoriensis, Episcopus Theanensis Thesaurarius, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.

Magister frater Alexander Oliua Saxoferratensis, Vmbrus, Theologus, ord. Eremitarum S. Augustini prior generalis, Presbyter Card. tt. S. Susannæ.

Franciscus Picolomineus ciuis, & electus Archiepiscopus Senensis, eius sororis filius, Diaconus Cardinalis S. Eustachii.

SECVNDA CREATIO VI. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCLXI. Pontific. III. XV. Cal. Ianuarii, Romæ Papa Pius II. iterum creauit Cardinales, qui fuere

Bartholomæus Rouerella Ferrariensis, Archiepiscopus Rauennas, Presbyter Card. tt. S. Clementis.

Frater Ioannes Lofredi ignobilis, Luxiniensis, diœcesis Bisuntinæ, Gallus, monachus Cluniacensis, DD. & Theologiæ Doctor ex priore S. Mariæ de Castro super Salinas Abbas S. Petri de Luxinio, post Episcopus Atrebatensis, & Referendarius Apostolicus, Presbyter Card SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitii.

Iacobus de Cardona, Hispanus, Episcopus Vrgelensis, Presbyter Cardinalis.

Lodouicus de Alibreto, Gallus, regio sanguine oriundus, Episcopus Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Iacobus Amanatus Lucensis, Tuscus, Episcopus Papiensis, Presbyter Card. tt. S. Chrysogoni, post Episcopus Lucensis.

Franciscus Gonzaga ciuis, & electus Episcopus Mantuanus, Lodouici Marchionis Mantuæ filius, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

TERTIA CREATIO DVORVM CARDINALIVM.

Anno Domini M C C C C L X I I. *Pontificat.* I I I I. *prid. Cal. Iunii Viterbii Pius Papa* I I. *creauit Cardinales, qui fuerunt*

. . . *Episcopus Eistatensis, Germanus, Presbyter Card. qui beneficium remisit .*

Brocardus Germanus, præpositus Saltzburgensis, Presbyter Cardinalis.

EPISCOPVS CARDINALIS CREATVS A' PIO PAPA II.

Guillelmus de Estonteuilla, ex Episcopo Portuensi Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

Ioannes Caruaial ex Diacono S. Angeli Eugenij I I I I. *Presbyter Card. tt. S. Marcelli, & paulo post Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.*

Frater Ioannes de Turre cremata, ex Episcopo Albano, Episcopus Card. Sabinus.

Pius Papa I I. *tribus ordinationibus, mensibus Martio, Maio, & Decembri factis* X I I I. *creauit Cardinales, uidelicet Episcopum unum ex antiquo Presbytero, Presbyteros* X I. *& Diaconos duos.*

Rodericus Boria Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Vicecancellarius sub Pio Papa I I.

CARDINALES VIII. MORTVI SVB PIO PAPA II.

Antonius Cerdanus, Maioricensis, Presbyter Card. tt. S. Chrysogoni, obiit Romæ prid. Idus Septembris anno M C C C C L V I I I. *Pontific.* I. *sepultus in Vestibulo sacrarij S. Petri.*

Iacobus Portugallensis, Diac. Card. S. Mariæ in porticu, obiit Florentiæ X V I. *Cal. Maij an.* M C C C C L I X. *Pontific.* I. *sepultus ad Oliuetanos.*

Ioannes Castellio, Mediolanensis, Presbyter Card. tt. S. Clementis, obiit anno M C C C C L X. *Pontific.* I I. X V I I I. *Cal. Maii; sepultus Mediolani in auitis sepulchris.*

Georgius de Flisco, Genuensis, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, & Decanus, obiit Romæ V I I I. *Idus Octobris anno* M C C C C L X I.

Pontifi.

Pontific. I I I. cadauer Genuam translatum in cathedrali ecclesia sepultum est.

Isidorus Thessalonicensis, Græcus, Episcopus Card. Sabinus, obijt Romæ VIII. Idus Martij anno MCCCCLXIII. Pontific. IIII. sepultus ad S. Petrum.

Prosper de Columna, Romanus, S. R. E. Archidiaconus, Cardinalis S. Georgij in Velabro, obijt Romæ IX. Cal. Aprilis, anni MCCCCLXIII. sepultus ad SS. Apostolos.

Frater Alexander Oliua, Saxo Ferratensis, Presbyter Card. tt. S. Susannæ, obijt Tibure XII. Cal. Septembris, anno MCCCCLXIII. Pontific. V. cadauer Romam relatum ad S. Augustinum sepultum est.

Domnus Nicolaus de Cusa, Presbyter Card. tt. S. Petri ad uincula, obijt Tuderti in Vmbria pridie Idus Augusti, anno MCCCCLXIIII. Pontific. V I. cadauer Romam relatum in titulo suo sepultum est.

OBITVS PII PAPAE II.

Anno Domini MCCCCLXIIII. XIX. Cal. Septembris Anconæ in Piceno Pius Papa II. mortuus est, cadauer Romam portatum in Basilica S. Petri sepultum est prope sepulcrum S. Georgij Papæ. uacauit sedes dies XVI. Gregorij

Eodem anno XIIII. Cal. Septembris, eius Nouendialia à Cardinalibus in basilica S. Petri celebrari sunt cœpta.

Eodem anno V. Cal. Septembris, Spiritus sancti Missa ab Episcopo Ostiense cantata, Cardinales XX. conclaue ingressi sunt paratum in Apostolico palatio iuxta S. Petrum, ubi tertio post ingressum die elegerunt in Papam Petrum Barbum Venetum, Presbyterum Cardinalem tt. S. Marci, qui Paulus Papa II. appellatus est.

PAVLVS II. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCCCLXIIII.

SIGNVM PAVLI PAPAE II.

* * *

PAVLVS PAPA II. Petrus antea uocatus, Venetijs familia patricia Barba, patre Nicolao, & matre Polyxena, Eugenij Papæ 214

IIII. *sorore natus est. ab auunculo autem* Eugenio IIII. *primo* Ar*chidiaconus* Bononiensis, *&* protonotarius Apostolicus *factus, mox* Epi*scopus* Ceruiensis *designatus, tandem* Diaconus Cardinalis S. Mariæ *nouæ creatus est. postea* Episcopatum Vicentinum *adeptus, à* Nicolao Papa V. *ex* Diacono Presbyter Cardinalis tt. S. Marci *dictus fuit. qui mortuo* Pio Papa II. Romæ *in eius locum omnium Cardinalium suffragijs prid. Cal. Septembris, anni* MCCCCLXIIII. Pontifex Maximus *renunciatus* V. *Idus Septēbris suæ coronationis insignia suscepit. Sedit uero in* Apostolica *sede* Imp. Cæs. Friderico III. Augusto *annos* VI. *menses* X. *&* dies XXIX.

CARDINALES XXVII. VIVI, QVANDO PAVLVS PAPA II. FACTVS EST.

EPISCOPI CARDINALES IIII.

EVGEN. IIII. ET NIC. V.

Bessarion Græcus, Episcopus Card. Tusculanus Decanus.
Guillelmus Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

EVGEN. IIII. ET CALIST. III.

Frater Ioannes de Turre cremata, Episcopus Cardinalis Sabinus.

EVGEN. IIII. ET PIVS II.

Ioannes Caruaial, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

PRESBYTERI CARDINALES XX.

EVGENIVS PAPA IIII.

* Petrus Schouuembergh, S. Vitalis tt. Vestinæ S.R.E. Archipresbyter.
Lodouicus tt. S. Laurentij in Damaso S. R. E. Camerarius.

NICOLAVS PAPA V.

Latinus Vrsinus, tt. SS. Ioannis, & Pauli.
Alanus Cœttinus tt. S. Praxedis.
* Ioannes tt. S. Stephani in monte Cœlio.
Philippus tt. S. Laurentij in Lucina, maior Pœnitentiarius.

EVGEN. IIII. ET NICOL. V.

Petrus Barbus Venetus, tt. S. Marci.

CALISTVS PAPA III.

* Lodouicus Milanus, tt. SS. quatuor Coronatorum.
Ioannes de Mela tt. S. Priscæ.
Iacobus Thebaldus tt. S. Anastasiæ.
Ricardus Oliuerij tt. S. Eusebij.

PIVS PAPA II.

Angelus Capranica tt. S. Crucis in Hierusalem.
Berardus Herulus tt. S. Sabinæ.
* Nicolaus Fortiguerra tt. S. Cæciliæ.
Bartholomæus Rouerella tt. S. Clementis.
* Frater Ioannes tt. S. Martini in montibus.
* Iacobus de Cardona, Presbyter Cardinalis.
Lodouicus de Alibretto tt. SS. Marcellini, & Petri.
Iacobus Amanatus tt. S. Chrysogoni.
* Brocardus, Presbyter Cardinalis.

DIACONI CARDINALES III.

CALISTVS PAPA III.

Rodericus S. Nicolai in carcere Tulliano S. R. E. Vicecancellarius.

PIVS PAPA II.

Franciscus Picolomineus S. Eustachij.
Franciscus Gonzaga S. Mariæ nouæ.

PRIMA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini MCCCCLXIIII. Pontificatus primo, Romæ Paulus Papa II. primo creauit Cardinalem unum, is fuit
Theodorus Lelius Episcopus Taruisinus, qui obijt ante adeptum pileum.

SECVNDA CREATIO VIII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCLXV. Pontific. II. XIIII. Cal. Octobris, Romæ Paulus Papa II. iterum creauit Cardinales, qui fuere
Thomas Anglus, Archiepiscopus Cantuariensis, & primas Angliæ, Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.
Stephanus de Varada, Hungarus, DD. Doctor ex Præposito Agriensi Archiepiscopus Collocensis, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.
Oliuerius Caraffa ciuis, & Archiepiscopus Neapolitanus V. I. D. Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.
Marcus Barbus Venetus, Patruelis suus, Episcopus Vicentinus, & Patriarcha Aquileiensis, Presbyter Card. tt. S. Marci.
Ioannes Balues, Gallus, ex Virdunensi Episcopus Andegauensis, Presbyter Card. tt. S. Susaunæ.
Amicus e Villa Collis medij, diœcesis Aquilanæ, V. I. Doctor, Episcopus Aquilanus, Presbyter Card. tt. S. Mariæ Transtiberim.

Magister frater Franciscus de Ruuere de Villa Albizzola, Sauonensis dioecesis, Ligur, ordinis minorum generalis minister, Theologus, Presbyter Card. tt. S. Petri ad Vincula.

Theodorus Paleologus ex Marchionibus Montisferrati, Insuber, protonot. Apostolicus, Diac. Card. S. Theodori.

TERTIA CREATIO DVORVM CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCLXVIII. XI. *Cal. Decembris Pontific. anno* V. *Romae Paulus Papa* II. *tertio creauit Cardinales, qui fuerunt*

Baptista Zeno Venetus, eius sororis filius, Protonot. Apostolicus, electus Episcopus Vicentinus Diac. Card. S. Mariae in porticu.

Ioannes Michaelius Venetus, eius sororis filius, Protonot. Apostolicus Diac. Card. S. Luciae in Septisolio, post S. Angeli.

EPISCOPI CARDINALES IIII. CREATI A PAVLO PAPA II.

Lodouicus Scarampus, ex Presbytero, tt. Damasi Eugenij IIII. *Episcopus Card. Albanus.*

Latinus Vrsinus, ex Presbytero, tt. Pammachij, Nicolai V. *Episcopus Card. Sabinus.*

Ricardus Oliuerij, ex Presbytero, tt. S. Eusebij, Calisti III. *Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinae.*

Philippus Calandrinus, Sergianensis, ex Presbytero, tt. Lucinae Nicolai V. *Episcopus Card. Portuensis & S. Rufinae.*

Ioannes de Mella, Zamorensis, ex Presbytero, tt. S. Priscae, Calisti III. *Presbyter Card. tt. S. Laurentij in Damaso.*

Paulus Papa II. *tribus ordinationibus, mensibus Septembri, & Nouembri factis* XI. *creauit Cardinales. uidelicet Episcopos* IIII. *ex antiquis Presbyteris, Presbyteros* VIII. *& Diaconos* III.

Rodericus Boria Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Vicecancellarius, sub Paulo Papa II.

CARDINALES IX. MORTVI SVB PAVLO PAPA II.

Theodorus Lælius, Episcopus Taruisinus, Presbyter Card. obijt Romæ ante adeptum pileum anno MCCCCLXIIII. *Pontific.* I. *sepultus ad S. Mariam nouam.*

Lodouicus Scarampus Patauinus, Episcopus Card. Albanus, & S. R. E. Camerarius, obijt Romæ VI. *Cal. Aprilis anno* MCCCCLXV. *Pontific.* I. *sepultus in titulo Damasi.*

Lodouicus de Alibretto tt. SS. Marcellini, & Petri, obiit Romæ XIIII. *Calend. Octobris, anno* MCCCCLXV. *Pont.* II. *sepultus ad S. Mariam de Aracœli.*

Iacobus Thebaldus Romanus, Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ, obijt Romæ pridie Nonas Septembris, anno MCCCCLXVI. *Pontific.* III. *sepultus ad Mineruam.*

Ioannes de Mella, Hispanus, Presbyter Card. tt. S. Laurentij in Damaso, obijt Romæ III. *Idus Octobris, anno* MCCCCLXVII. *Pontific.* IIII. *sepultus ad S. Iacobum Hispanorum.*

Frater Ioannes de Turrecremata, Episcopus Card. Sabinus, obiit Romæ VII. *Cal. Octobris, anno* MCCCCLXVIII. *Pontific.* V. *sepultus ad S. Mariam super Mineruam.*

Petrus Schouuembergh, Presbyter Card. tt. Vestinæ, obiit Augustæ Vindelicorum XVIII. *Cal. Maii, anno* MCCCCLXIX. *Pontific.* [illegible] *ibidem in cathedrali sepultus.*

Ioannes Caruaial, Placentinus Hispanus, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ, obiit Romæ VIII. *Idus Decembris, anno* MCCCCLXIX. *Pontific.* VI. *sepultus ad S. Marcellum.*

Ricardus Oliuerii Nortmandus, Episcopus Card. Portuensis, Archipresbyter S. Petri, obijt Perusii in legatione sua XV. *Cal. Septembris, anno* MCCCCLXX. *Pontificat.* VI. *ibiq; sepultus.*

Iacobi de Cardona Hispani, Presbyteri Cardinalis, & Brocardi Germani Saltzburgensis, Cardinalis exitus obscuri sunt.

OBITVS PAVLI PAPAE II.

Anno Domini MCCCCLXXI. V. *Cal. Augusti, Romæ Paulus Papa* II. *in palatio Apostolico apoplexiæ morbo correptus obiit. cadauer ad S. Petrum sepultum est. uacauit sedes dies* 18.

Eodem anno & die, eius Nouendialia in Basilica S. Petri celebrari sunt cœpta.

Eodem anno VIII. *Idus Augusti, Missa Spiritus sancti ab Episcopo Tu-*

sculano cantata Cardinales XVII. conclaue ingreßi sunt, loco consueto paratum qui die V. Idus Augusti elegerunt in Romanum Pontificem fratrem Franciscum de Ruuere ordinis minorum, Presbyterum Card. tt. S. Petri ad uincula, qui Xystus Papa IIII. appellatus est.

XYSTVS IIII. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCCCLXXI.

SIGNVM XYSTI PAPAE QVARTI.

AVXILIVM MEVM A DOMINO QVI FECIT COELVM ET TERRAM.

215 XYSTVS PAPA IIII. *magister frater Franciscus antea uocatus, natione Ligur, ex uilla Albizzola diœcesis Sauonensis, humili, ac sordido genere ortus patrem enim habuit: piscatorem. ab ineunte ætate Sauonæ ordinem fratrum minorum professus est, in quo breui admodum in omni disciplinarum genere profecit, ut per omnium sui ordinis dignitatum gradus ad Generalatum ascenderit. à quibusdam autem regulis Allobrogibus gentis Ruuereæ, apud quos aliquando diuersatus fuerat, & familiæ nomine, & gentilitijs clypeis donatus est. cum autem audita eius fama, Paulus Papa II. adiuuante maxime Cardinali Bessarione, ex generali ministro sui ordinis, Presbyterum Cardinalem tt. S. Petri ad Vincula creauit: post cuius mortem in eius locum Romæ V. Idus Augusti, anni Domini MCCCCLXXI. omnium Cardinalium suffragijs Pontifex Maximus renunciatus XIV. Cal. Septembris suæ coronationis insignia suscepit.*

Sedit autem in Apostolica sede Imp. Cæsare Friderico III. Augusto annos 13. & dies 5.

CARDINALES XXVI. VIVI QVANDO XYSTVS PAPA IIII. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES IIII.

EVGEN. IIII. ET NICOL. V.

Bessarion Græcus, Episcopus Card. Tusculanus, Decanus.

Guillelmus de Estonteuilla, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus.

NICOL. V. ET PAVL. II.

Latinus Vrſinus, Epiſcopus Card. Sabinus.
Philippus Calandrinus, Epiſcopus Card. Portuenſis, maior Pœnitentiarius.

PRESBYTERI CARDINALES XVI.

NICOLAVS PAPA V.

* *Alanus Cœttinus tt. S. Praxedis, S. R. E. Archipresbyter.*
* *Ioannes, tt. S. Stephani in Cœlio monte.*

CALISTVS PAPA III.

* *Lodouicus Milanus, tt. SS. IIII. Coronatorum.*

PIVS PAPA II.

Angelus Capranica, tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Berardus Herulus, tt. S. Sabinæ.
Nicolaus Fortiguerra, tt. S. Cæciliæ.
Bartholomæus Rouerella, tt. S. Clementis.
* *Frater Ioannes Luxinienſis, tt. S. Martini in montibus.*
Iacobus Amanatus, tt. S. Chryſogoni.

PAVLVS PAPA II.

* *Thomas Anglus, tt. S. Cyriaci in Thermis.*
* *Stephanus de Varada, tt. SS. Nerei, & Achillei.*
Oliuerius Caraffa, tt. SS. Marcellini, & Petri.
Marcus Barbus, Venetus, tt. S. Marci.
* *Ioannes Balues, tt. S. Suſannæ.*
Amicus, tt. S. Mariæ Transtiberim.
Frater Franciſcus de Ruuere S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.

DIACONI CARDINALES VI.

CALISTVS PAPA III.

Rodericus S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Archidiaconus, & Vicecancellarius.

PIVS PAPA II.

* *Franciſcus Picolomineus S. Euſtachii.*
Franciſcus Gonzaga S. Mariæ nouæ.

PAVLVS PAPA II.

Theodorus Paleologus S. Theodori.
Baptiſta Zeno S. Mariæ in porticu.
Ioannes Michaelius S. Angeli.

PRIMA CREATIO DVORVM CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCLXXI. *Pontific. primo* XVIII. *Cal. Ia-*

nuarii Romæ, Xystus *Papa* IIII. *duos primo creauit Cardinales, qui fuere*

Frater Petrus Riarius Sauonensis, Ligur ordinis Fratrum minorum, Episcopus Taruisinus, Presbyter Card. tt. S. Xysti.

Iulianus de Ruuere, ex Villa Albizzola, diœcesis Sauonensis, Ligur Xysti Papæ fratris filius, Episcopus Carpentoratensis, Presbyter Card. tt. S. Petri ad Vincula.

SECVNDA CREATIO VIII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCLXXIII. *Pontificat.* II. *Nonis Maij Romæ Papa* Xystus IIII. *iterum octo creauit Cardinales. qui fuere*

Philippus de Leuis, Gallus, Archiepiscopus Arelatensis, Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Stephanus Nardinus, Foroliuiensis, Protonot. Apostolicus, Archiepiscopus Mediolanensis, urbis Gubernator, Presbyter Card. tt. S. Hadriani; post S. Mariæ Transtiberim.

Auxias de Podio, Valentinus, Hispanus V. I. *Doctor, Archiepiscopus Montis regalis in Sicilia, Vicecamerarius, Presbyter Card. S. Vitalis, tt. Vestinæ; post tt. S. Sabinæ.*

Petrus Gundissaluius de Mendozza, Hispanus, filius Marchionis de Santillana, Episcopus Seguntinus, Presbyter Card. tt. S. Mariæ in Domnica, post tt. S. Crucis in Hierusalem; Archiepiscopus Toletanus, & Hispaniarum primas.

Antonius Iacobus Venerius, Recanatensis, Picenus, scriptor Apostolicus, ex Episcopo Syracusano Legionensis, post Conchensis, Presbyter Card. tt. SS. Viti, & Modestæ in macello martyrum, post tt. S. Clementis.

Ioannes Baptista Cibo, Genuensis, Episcopus Melfitensis, Presbyter Card. tt. S. Balbinæ, post S. Cæciliæ.

Ioannes Arcimboldus, Mediolanensis, Parma oriundus V. I. *Doctor, Episcopus Nouariensis, Protonot. Apostolic. Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei, post S. Praxedis.*

Philippus de Vgunecti, Burgundus, Gallus, Episcopus Matisconensis, Presbyter Card. tt. S. Luciæ in Silice, post SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

TERTIA CREATIO V. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCLXXVI. *Pontific.* VI. XV. *Cal. Ianuarij*

mæ Xystus Papa IIII. tertio creauit Cardinales; qui fuere
Georgius Costa Lusitanus, Archiepiscopus Vlixponensis, Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.
Carolus Borbonius Picardus, Gallus, protonot. Apostolicus, Archiepiscopus Lugdunensis, & perpetuus administrator Archiepiscopatus Burdegalensis, Presbyter Card. tt. S. Martini in montibus.
Petrus Ferrici Hispanus, ciuis, & Archiepiscopus Tirasonensis, Presbyter Cardinalis tt. S. Xysti.
Ioannes Baptista Mellinus, Romanus, V. I. D. ex canonico Lateranensi, Episcopus Sutriinus, & Nepesinus, post Vrbinas, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.
Frater Petrus ex Comitibus de Fuxo, ordinis minorum electus Episcopus Venetensis, Diaconus Card. SS. Cosmæ, & Damiani.

QVARTA CREATIO VII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCLXXVII. Pontific. VII. IIII. Idus Decembris Romæ Papa Xystus IIII. quarto creauit Cardinales, qui fuere
Christophorus de Ruuere Taurinensis Allobrox, Archiepiscopus Tarentasiensis Arcis præfectus, Presbyter Card. S. Vitalis, tt. Vestinæ.
Hieronymus Bassus de Ruuere de Albizzola, Sauonensis, diœcesis, Ligur Papæ sororis filius, Episcopus Recanatensis, Presbyter Card. tt. S. Balbinæ, post S. Chrysogoni.
Georgius Hesler, ciuis, & Episcopus Herbipolensis Germanus, protonotarius Apostolicus à consilijs Imp. Friderici III. Presbyter Card. tt. S. Luciæ in Silice.
Frater Gabriel Rangonus, Mutinensis, ordinis minorum, Episcopus Agriensis, Presbyter Card. tt. SS. Sergij, & Bacchi.
Petrus Foscarus Venetus, Primicerius S. Marci Venetiarum protonotarius Apostolicus, Episcopus Patauinus; Presbyter Card. tt. S. Nicolai inter imagines, post S. Xysti.
Ioannes de Arragonia, Neapolitanus, Ferdinandi Regis filius, protonot. Apostolicus, Diac. Card. Card. S. Hadriani, post Presbyter tt. S. Sabinæ.
Raphael Galeottus de Ricarijs, Sauonensis, Ligur, protonotarius Apostolicus, Diaconus Card. S. Georgii in Velabro.

QVINTA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini MCCCCLXXVIII. Pontific. VII. III. Idus Fe-

bruarii, Romæ Xystus Papa IIII. quinto creauit Cardinalē unum, is fuit Dominicus de Ruuere Taurinensis, Allobrox, *frater Cardinalis Tarentasiensis paulo ante mortui, cubicularius Papæ, & Arcis præfectus, Presbyter Card. tt. S. Vitalis, post tt. S. Clementis.*

SEXTA V. CARDINALIVM CREATIO.

Anno Domini MCCCCLXXX. *Pontific.* IX. *Idibus Maii Romæ, Papa Xystus* IIII. *sexto creauit Cardinales, qui fuerunt*

Paulus Fregosius, *ciuis, &* Archiepiscopus Gomerius, *Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ.*

Frater Cosmus de Melioratis, Vrsinus Romanus, *Monachus, & Abbas Farfensis, Archiepiscopus Tranensis, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.*

Ferricus de Clugniaco Burgundus, Gallus, V. I. *Doctor, Episcopus Tornacensis, Presbyter Card. S. Vitalis tt. Vestinæ.*

Ioannes Baptista Sabellus, Romanus, protonot. Apostolicus, Diaconus Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano.

Ioannes de Columna Romanus, protonotarius Apostolicus, Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.

SEPTIMA V. CARDINALIVM CREATIO.

Anno Domini MCCCCLXXXIII. *Pontificat.* XIII. *Romæ,* XVII. *Cal. Decembris, Xystus Papa* IIII. *septimo creauit Cardinales, qui fuere*

Ioannes de Comitibus Romanus, Archiepiscopus Consanus, Presbyter Cardi. tt. S. Vitalis.

Frater Helias, Gallus, ordinis minorum Theologus, Archiepiscopus Turonensis, Presbyter Card. tt. S. Luciæ in Silice.

Ioannes de Margaritis, Hispanus, Episcopus Gerundensis, orator Regis Hispaniæ, Presbyter Card. tt. S. Balbinæ.

Ioannes Iacobus Sclafenatus, Mediolanensis, cubicularius Papæ, Episcopus Parmensis, Presbyter Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio.

Baptista Vrsinus, Romanus, clericus cameræ, & protonotarius Apostolicus, Diaconus Card. S. Mariæ nouæ.

OCTAVA VNIVS CARDINALIS CREATIO.

Anno Domini MCCCCLXXXIIII. XVI. *Cal. Aprilis, Romæ Papa Xyſtus* IIII. *unum creauit Cardinalem, qui fuit*

Aſcanius Maria Sfortia, Vicecomes Mediolanenſis, Franciſci Ducis Mediolani filius, protonot. Apoſtolicus, Diac. Card. SS. Viti, & Modeſtæ in martyrum macello.

EPISCOPI CARDINALES X. CREATI A XYSTO PAPA IIII.

Rodericus Borgia ex Diacono S. Nicolai in carcere Tulliano Caliſti III. *Epiſcopus Card. Albanus, poſt Portuenſis, & S. Rufinæ.*

Latinus Vrſinus, ex Epiſcopo Cardinale Sabino, Epiſcopus Tuſculanus.

Alanus Cœttinus, ex Presbytero tt. S. Praxedis Nicolai V. Epiſcopus Card. Sabinus.

Angelus Capranica ex Presbytero tt. S. Crucis Pij II. *Epiſcopus Card. Prænestinus.*

Barardus Herulus, ex Presbytero tt. S. Sabinæ, Pij II. *Epiſcopus Card. Sabinus.*

Oliuerius Carafa ex Presbytero tt. S. Euſebij, Pauli II. *Epiſcopus Card. Albanus, poſt Sabinus.*

Iacobus Amanatus, ex Presbytero tt. S. Chryſogoni, Pij II. *Epiſcopus Card. Tuſculanus.*

Marcus Barbus, ex Presbytero tt. S. Marci, Pauli II. *Epiſcopus Card. Prænestinus.*

Iulianus de Ruuere, ex Presbytero tt. Eudoxiæ, Epiſcopus Card. Albanus, poſt Oſtienſis.

Baptiſta Zeno, ex Diacono S. Mariæ in porticu, Pauli II. *Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ, & paulo poſt Epiſcopus Card. Tuſculanus.*

Ioannes Balues, Gallus, ex Presbytero tt. S. Suſannæ, Pauli II. *Epiſcopus Card. Albanus.*

Ioannes Michaël, ex Diacono S. Angeli, Pauli II. *Presbyter Card. tt. S. Marcelli.*

Xyſtus Papa IIII. *octo ordinationibus menſibus Februario, Martio, Maio, Nouembri, & Decembri factis* XXXIIII. *nouos fecit Cardinales, uidelicet Epiſcopos* X. *ſed nouem ex antiquis Cardinalibus, Presbyteros* XXVIII. *in his unum ex antiquis Diaconis, & Diaconos* VI.

Rodericus Borgia Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, post Episcopus Card. Albanus, deinde Portuensis, & S. Rufinæ S.R.E. Vicecancellarius sub Papa Xysto IIII.

CARDINALES XXVIII. MORTVI SVB XYSTO PAPA IIII.

Ioannes Gallus, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, obijt, & sepultus est in partibus, anno MCCCCLXXII. Pontifica. primo.
Bessarion Episcopus Card. Tusculanus, obijt Rauennæ rediens è Gallica legatione XIIII. Cal. Decembris, anno MCCCCLXXII. Pontific. II. cadauer Romam portatum ad SS. Apostolos sepultum est.
Frater Ioannes Lofredi, Luxiniensis, Presbyter Card. tt. Equitij, obijt in partibus III. Idus Decembris, anno MCCCCLXXIII. Pontific. III. ibiq; sepultus.
Nicolaus Fortiguerra, Pistoriensis, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, obijt Viterbij XII. Cal. Ianuarij, anni MCCCCLXXIII. Romam relatus in titulo suo sepultus est.
Stephanus de Varada, Hungarus, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei, obijt, & sepultus est in Hungaria anno MCCCCLXXIII. Pontificat. III.
Frater Petrus, Riarius, Sauonensis, Ligur, ordinis minorum Patriarcha Constantinopolitanus, & Archiepiscopus Florentinus, Presbyter Card. tt. S. Xysti, obijt Romæ III. Nonas Ianuarii, anno MCCCCLXXIIII. Pontific. III. sepultus ad SS. Apostolos.
Alanus Cœttinus, Britto, Episcopus Card. Sabinus, obijt Romæ XI. Cal. Augusti, anno MCCCCLXXIIII. Pontific. III. sepultus in titulo S. Praxedis.
Iacobus Amanatus, Lucensis, Episcopus Card. Tusculanus, obiit apud S. Laurentium Vulsinijs IIII. Idus Septembris, anno MCCCCLXXV. Pontific. V. cadauer Romam relatum ad S. Augustinum sepultum est.
Philippus de Leuis, Gallus, Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri obijt Romæ Idibus Ianuarij, anni MCCCCLXXVI. Pontific. V. sepultus ad S. Mariam maiorem.
Bartholomæus Rouerella, Ferrariensis, Presbyter Card. tt. S. Clementis, obijt Romæ VI. Nonas Maij anno MCCCCLXXVI. cadauer in titulo suo sepultum est.
Philippus Calandrinus, Sergianensis, Episcopus Card. Portuensis maior

Pœnitentiarius obiit Bagnaiæ, Viterbiensis diœcesis XI. Cal. Augusti, anno MCCCCLXXVI. Romam relatus in titulo Lucinæ sepultus est.

Amicus ex Villa Collis medij, Aquilanus, Presbyter Card. tt. Calisti, obijt Aquilæ V. Idus Nouembris, anno MCCCCLXXVI. Pontific. VI. ibidem in cathedrali sepultus.

Latinus Vrsinus, Romanus, Episcopus Card. Tusculanus, & S. R. E. Camerarius, obiit Romæ III. Idus Augusti, anno MCCCCLXXVII. Pontific. VII. sepultus in ecclesia S. Saluatoris de Lauro à se fundata Romæ.

Christophorus de Ruuere Taurinensis, Presbyter Card. tt. S. Vitalis obijt Romæ Cal. Februarii anno MCCCCLXXVIII. Pontificatus VII. sepultus ad ecclesiam S. Mariæ de Populo ordinis Eremitarum S. Augustini.

Angelus Capranica, Romanus, Episcopus Card. Prænestinus, obijt Romæ V. Nonas Iulij, Anni MCCCCLXXVIII. sepultus ad Mineruam.

Io. Baptista Mellinus, Romanus, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei, obiit Romæ XII. Cal. Augusti, anni MCCCCLXXVIII. sepultus ad Populum.

Petrus Ferrici, Hispanus, Presbyter Card. tt. S. Xysti, obiit Romæ VII. Cal. Octobris, anno MCCCCLXXVIII. Pontific. VIII. sepultus in claustro Mineruæ.

Berardus Herulus, Narniensis, Episcopus Card. Sabinus, obiit Romæ III. Nonas Aprilis, anno MCCCCLXXIX. Pontific. VIII. sepultus ad S. Petrum.

Antonius Iacobus Venerius, Recanatensis, Presbyter Card. tt. S. Clementis, obijt Recaneti III. Nonas Augusti, anni MCCCCLXXIX. Romam translatus sepultus est in titulo suo.

Theodorus Paleologus, Diac. Card. S. Theodori, obiit Aste in Lombardia XII. Cal. Februarij, anno MCCCCLXXXI. Pontific. X. ibiq; sepultus.

Frater Cosmus Abbas Farfensis, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei, obiit Brachiani Vrsinorũ XI. Cal. Decẽbris, anno MCCCCLXXXI. sepultus in ecclesia Farfensi.

Georgius Hesler Herbipolensis, Presbyter Card. tt. S. Luciæ in Silice, obrutus est in Danubio, dum parua lintre amnem traijcere uult, mense Septembris anno MCCCCLXXXII. Pontificatus XII.

Guillelmus de Estonteuilla, Gallus, Episcopus Card. Ostiensis, & Veli-

ternus, ac S. R. E. Camerarius, Decanus collegij, & Archipresbyter S. Mariæ maioris, obiit Romæ XI. Cal. Ianuarii, anno MCCCCLXXXII. Pontificat. XII. sepultus in ecclesia S. Augustini, quam à fundamentis erexit.

Auxias de Podio Valentinus, Hispanus, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ, obijt Romæ VI. Idus Septembris, anni MCCCCLXXXIII. Pontific. XIII. sepultus est in titulo suo.

Ferricus de Clugniaco, Presbyter Card. tt. S. Vitalis obiit Romæ Nonis Octobris, anno MCCCCLXXXIII. sepultus ad Populum.

Franciscus Gonzaga, Mantuanus Diac. Card. S. Mariæ nouæ, obiit Boniæ in Legatione XII. Cal. Octobris, anni MCCCCLXXXIII. ibidem sepultus.

Frater Helias, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Luciæ in Silice ordinis minorũ, obiit, & sepultus est in Galliis, mense Iulio, anni MCCCCLXXXIIII. Pontific. XIII.

Thomæ Angli, Presbyteri Cardinalis, tt. S. Cyriaci in Thermis exitus obscurus est.

OBITVS PAPAE XYSTI IIII.

Anno Domini MCCCCLXXXIIII. Idibus Augustis nocte præcedenti, hora inter quartam, & V. Romæ in palatio Apostolico obiit Xystus Papa IIII. cadauer in Basilica S. Petri sepultum est. uacauit Romana sedes dies 15.

Eodem anno XVI. Cal. Septembris eius Nouendialia celebrari sunt cœpta.

Eodem anno VII. Cal. Septembris Missa Spiritus sancti ab Episcopo Portuense cantata, Cardinales XXVI. conclaue ingreßi sunt loco consueto præparatum; qui die Dominico IIII. Cal. Septembris elegerunt in Papam Io. Baptistam Cibo Genuensem Presbyterum Card. tt. S. Cæciliæ, qui Innocentius Papa VIII. appellatus est.

INNOCENTIVS VIII. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCCCLXXXIIII.

SIGNVM INNOCENTII PAPAE VIII.

IN INNOCENTIA MEA INGRESSVS SVM.

INNOCENTIVS PAPA VIII. *Ioannes Baptista antea uocatus, natione Ligur, patria Genuensis, ex mediocri genere, honorato tamen ortus, patrem, Aaron nomine, Medicum habuit. hic pauper olim adulescens inter Alphonsi Siciliae regis ministros diu uixit. inde Romam ueniens in contubernio Philippi Calandrini Cardinalis Bononiensis fuit. à Xysto autem IIII. primo Episcopus Sauonensis, mox Melfitensis, & Datarius, deinde Presbyter Card. tt. S. Balbinae: demum S. Caeciliae creatus est. quo mortuo, Romae in eius locum omnium Cardinalium suffragijs IIII. Cal Septembris, anno MCCCCLXXXIIII. Pontifex Maximus renunciatus, pridie Idus Septembris coronatus est. Sedit autem in Apostolica sede Imp. Caesare Friderico III. Augusto, annos 7. menses 10. & dies 27.* 216

CARDINALES XXXI. VIVI QVANDO INNOCENTIVS PAPA VIII. FACTVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

CALIST. III. ET XYST. IIII.

Rodericus Episcopus Card. Portuensis, Decanus, & S.R.E. Vicecancellarius.

PAVL. II. ET XYST. IIII.

Oliuerius Caraffa, Episcopus Card. Sabinus.

Marcus Barbus, Venetus, Episcopus Card. Praenestinus.

XYSTVS PAPA IIII.

Iulianus de Ruuere, Episcopus Card. Ostiensis, maior Poenitentiarius.

PAVL. II. ET XYST. IIII.

Babtista Zeno, Episcopus Card. Tusculanus.

Ioannes Balues, Episcopus Card. Albanus.

PRESBYTERI CARDINALES XVIII.

CALISTVS PAPA III.

* *Lodouicus Milanus, tt. SS. IIII. Coronatorum, S.R.E. Archipresbyter.*

XYSTVS PAPA IIII.

Stephanus Nardinus, tt. S. Mariæ Transtiberim.
* *Petrus Gundissaluius, tt. S. Crucis in Hierusalem.*
Ioannes Paptista Cibo, tt. S. Cæciliæ.
Ioannes Arcimboldus, tt. S. Praxedis.
Philibertus de Vgunecti, tt. SS. Ioannis, & Pauli.

PAVL. II. ET XYST. IIII.

Ioannes Michaelius, tt. S. Marcelli.

XYSTVS PAPA IIII.

Georgius Costa, tt. SS. Marcellini, & Petri.
* *Carolus Borbonius, tt. S. Martini in montibus.*
Hieronymus Bassus, tt. S. Chrysogoni.
Frater Gabriel Rangonus, tt. SS. Sergij, & Bacchi.
Petrus Foscarus, tt. S. Xysti.
Dominicus de Ruuere, tt. S. Clementis.
* *Paulus Fregosius, tt. S. Anastasiæ.*
Ioannes de Arragonia, tt. S. Sabinæ.
Ioannes de Comitibus, tt. S. Vitalis.
Ioannes de Margaritis, tt. S. Balbinæ.
Io. Iacobus Sclafenatus, tt. S. Stephani in monte Cœlio.

DIACONI CARDINALES VII.

PIVS PAPA II.

Franciscus Picolomineus S. Eustachii, S. R. E. Archidiaconus.

XYSTVS PAPA IIII.

Frater Petrus de Fuxo SS. Cosmæ, & Damiani.
Raphael Riarius S. Georgii in Velabro, S. R. E. Camerarius.
Ioannes Baptista Sabellus, S. Nicolai in carcere Tulliano.
Ioannes de Columna S. Mariæ in Aquiro.
Baptista Vrsinus S. Mariæ nouæ.
Ascanius Maria Sfortia SS. Viti, & Modeste in macello martyrum.

PRIMA CREATIO VIII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCLXXXIX. *Pontific. V. prid. Idus Martij, Romæ Papa Innocentius* VIII. *primo creauit Cardinales octo, qui fuerunt*

Laurentius Cibo Genuensis filius, nothus fratris sui, Archiepiscopus Beneuentanus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.

Ardicinus

Ardicinus Iunior della porta, Nouarienſis, Epiſcopus Alerienſis, Preſbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij.

Antoniottus Palauicinus, Genuenſis, Epiſcopus Pampilonenſis, Datarius, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Lodouicus Spinay, Armoricenſis, Gallus, ex Archiepiſcopo Arelatenſi, Lugdunenſis, Presbyter Card. SS. Syluestri, & Martini tt. Equitii.

Frater Mapheus Gerardus, Venetus, ordinis Camaldulenſis, Patriarcha Venetiarum, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Frater Petrus Daubuſſon, Gallus, Magnus Hoſpitalis Hieroſolymitani magiſter Diaconus Cardinalis S. Hadriani.

Ioannes Medices, Florentinus, Protonot. Apoſtolicus, Diac. Card. S. Mariæ in Domnica.

Fridericus Sanſeuerinas, Mediolanenſis electus Malleacenſis, Diac. Card. S. Theodori.

EPISCOPI CARDINALES II. CREATI AB INNOCENTIO PAPA VIII.

Ioannes Michaelius, ex Presbytero Card. tt. S. Marcelli, Epiſcopus Card. Præneſtinus.

Georgius Coſta, ex Presbytero Card. tt. SS. Marcellini, & Petri, Xyſti IIII. Epiſcopus Card. Albanus.

Paulus Fregoſius ex Presbytero tt. S. Anaſtaſiæ Presbyter Cardin. tt. S. Xyſti.

Papa Innocentius VIII. una ordinatione menſe Martio facta, octo creauit Cardinales, uidelicet Epiſcopos duos ex antiquis Presbyteris, Preſbyteros V. & Diaconos III.

Rodericus Borgia, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, S. R. E. Vicecancellarius, ſub Innocentio Papa VIII.

CARDINALES XI. MORTVI SVB INNOCENTIO PAPA VIII.

Philibertus Vgunecti, Gallus, Presbyter Card. tt. Pammachii, obijt Romæ III. Idus Septembris, anno MCCCCLXXXIIII. Pontific. I. ſepultus ad S. Mariam de Populo.

Stephanus Nardinus, Foroliuienſis, Presbyter Card. tt. Caliſti, obiit Ro-

mae X I. *Cal. Octobris eiusdem anni, sepultus ad* S. *Petrum.*

Ioannes de Margaritis, Hispanus, Presbyter Card. tt. S. *Balbinae, obiit Romae Nonis Nouembris eiusdem anni, sepultus ad S. Mariam de Populo.*

Petrus Foscarus, Venetus, Presbyter Card. tt. S. Xysti, obiit Romae mense Iulio, anni M C C C C L X X X V. *Pontificatus primo, sepultus ad Populum.*

Ioannes de Arragonia filius regis Ferdinandi, Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Sabinae, obiit Romae eodem anno sepultus in absida tituli sui.

Frater Gabriel Rangonus, Mutinēsis, ordinis minorū, Presbyter Car. tt. SS. Sergij, & Bacchi, obijt Romae mense Octobri, anno MCCCCLXXXVI. *Pontif.* I I. *sepultus in Aracoeli.*

Carolus Borbonius, Gallus, Presbyter Card. tt. Equitii, Auinionisq; legatus, obijt & sepultus est Lutetiae Parisiorum an. MCCCCLXXXIX. *Pontific.* I I I I.

Frater Petrus ex Comitibus de Fuxo, ord. minorum, Diac. Card. SS. Cosmae, & Damiani, obijt Romae I I I I. *Idus Augusti, anno* M C C C C X C. *Pontific.* V I.

Marcus Barbus, Venetus, Episcopus Card. Praenestinus, obiit Romae V I. *Nonas Martij, anno* M C C C C X C I. *Pontific.* V I I. *sepultus in titulo S. Marci.*

Ioannes Balues, Gallus, Episcopus Card. Albanus, obiit Romae mense Octobri, anno M C C C C X C I. *Pontificat.* V I I I. *sepultus in titulo S. Praxedis.*

Ioannes Arcimboldus, Mediolanensis, Presbyter Card. tt. S. Praxedis, Romae obijt anno Christi M C C C C X C I. *Pontificatus* V I I I.

OBITVS INNOCENTII PAPAE VIII.

Anno Domini M C C C C X C I I. V I I I. *Cal. Augusti, Romae in palatio Apostolico obijt Innocentius Papa* V I I I. *cadauer in Basilica S. Petri sepultum est. uacauit sedes Romana dies* 22.

Eodem anno V I I. *Cal. Augusti eius exequiae more maiorum celebrari sunt coeptae.*

Eodem anno V I I I. *Idus Augusti Missa Spiritus sancti ab Episcopo Portuense & S. Rufinae cantata, Cardinales* X X I I I. *conclaue ingressi sunt loco consueto in palatio paratum. qui* I I I. *Idus Augusti elegerunt in Romanum Pontificem Rodericum Borgiam, uel ut alii, Boriam Valentinum, Hispanum, Episcopum Card. Portuensem, & S. Rufinae, col-*

legii Decanum, & S. R. E. Vicecancellarium, qui Alexander Papa VI. appellatus est.

ALEXANDER VI. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MCCCCCXII.

SIGNVM ALEXANDRI PAPAE VI.

AD DOMINVM QVVM TRIBVLARER CLAMAVI ET EXAVDIVIT ME.

ALEXANDER PAPA VI. *Rodericus antea uocatus, natione Hispanus, patria Valentinus, patrem habuit Lofredum equitem prædiuitem, matrem uero Calisti Papæ III. sororem. qui etsi familia Lenzolia oriundus esset, Borgiæ, uel Boriæ tamen familiæ nomen, quo cum gentilitiis insignibus ab auunculo Papa Calisto donatus fuit, auito omisso, semper retinuit. hic adhuc adulescens ab eodem auunculo suo electus est Archiepiscopus Valentinus, ac Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano, & S. R. E. Vicecancellarius creatus. à Xysto autem IIII. Episcopus Card. Albanus, & paulo post Portuensis, & S. Rufinæ factus fuit. mortuo autem Innocentio Papa VIII. in eius locum Romæ Pontifex Maximus III. Idus Augusti, anno MCCCCXCII. renunciatus VII. Cal. Septembris suæ coronationis insignia suscepit.* 217

Sedit in Apostolica sede Impp. Cæsaribus Friderico III. & Maximiliano Augustis annos XI. & dies VIII.

CARDINALES XXVII. VIVI QVANDO ALEXANDER PAPA VI. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

CALIST. III. ET XYST. IIII.

Rodericus Episcopus Card. Portuensis Decanus, & S. R. E. Vicecancellarius.

PAVL. II. ET XYST. IIII.

Oliuerius Caraffa, Episcopus Card. Sabinus.

XYSTVS PAPA IIII.

Iulianus de Ruuere, Episcopus Card. Ostiensis, & maior Pœnitentiarius.

PAVL. II. ET XYST IIII.

Baptista Zeno, Episcopus Card. Tusculanus.

PAVLVS II. ET INNOC. VIII.

Ioannes Michaelius, Episcopus Card. Praenestinus.

XYST. IIII. ET INNOC. VIII.

Georgius Costa Episcopus Cardinalis Albanus.

PRESBYTERI CARDINALES XII.

CALISTVS PAPA III.

* *Lodouicus tt. SS. quatuor Coronatorum S. R. E. Archipresbyter.*

XYSTVS PAPA IIII.

* *Petrus Gundissaluius tt. S. Crucis in Hierusalem.*
Hieronymus Bassus tt. S. Chrysogoni.
Dominicus de Ruuere tt. S. Clementis.
Paulus Fregosius tt. S. Xysti.
Ioannes de Comite S. Vitalis, tt. Vestinae.
Io. Iacobus tt. S. Stephani in Coelio monte.

INNOCENTIVS PAPA VIII.

Laurentius Cibo, tt. S. Caeciliae.
Ardicinus de la Porta, tt. SS. Ioannis, & Pauli.
Antoniottus Palauicinus, tt. S. Anastasiae.
* *Lodouicus Spinay tt. S. Martini in montibus.*
Frater Maphaeus Gerardus, tt. SS. Nerei, & Achillei.

DIACONI CARDINALES IX.

PIVS PAPA II.

Franciscus Picolomineus S. Eustachij S. R. E. Archidiaconus.

XYSTVS PAPA IIII.

Raphael Riarius, S. Georgij in Velabro S. R. E. Camerarius.
Ioannes Baptista Sabellus S. Nicolai in carcere Tulliano.
Ioannes Columna S. Mariae in Aquiro.
Baptista Vrsinus S. Mariae nouae.
Ascanius SS. Viti, & Modestae in macello martyrum.

INNOCENTIVS PAPA VIII.

* *Frater Petrus Daubusson S. Hadriani.*
Ioannes Medices S. Mariae in Domnica.
Franciscus Sanseuerinas S. Theodori.

PRIMA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini MCCCCXCII. *Pontific. I. pridie Cal. Septembris, Ro-*

mæ Papa Alexander VI. primo creauit Cardinalem unum. is fuit Ioannes Borgia eius sororis filius, Valentinus, Hispanus, Archiepiscopus montis Regalis, Presbyter Cardinalis, tt. S. Susannæ.

SECVNDA CREATIO XII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCXCIII. Pontific. II. XII. Cal. Octobris, Romæ Papa Alexander VI. iterum creauit Cardinales; qui fuere

Ioannes Anglicus, Archiepiscopus Cantuariensis, & primas Angliæ, Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ.

Ioannes Antonius de Sancto Georgio, Mediolanensis, Episcopus Alexandrinus, Auditor Rotæ, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Frater Ioannes, Gallus, monachus, & Abbas S. Dionysii Parisiis, Episcopus Lombariensis, orator regis Francorum, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Bernardinus Caruaial Placentinus, Hispanus, Episcopus Carthaginiensis, orator regis Hispaniarum, Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri, post tt. S. Crucis in Hierusalem.

Raimundus Peraululi Sanctonensis, Gallus, ex Episcopo Nouariensi, Viterbiensis, post Curcensis, deinde Sanctonensis, Presbyter Card. tt. S. Vitalis, post SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij.

Cæsar Borgia, Hispanus, filius nothus Papæ Alexandri, ciuis, & electus Archiepiscopus Valentinus, Diaconus Card. S. Mariæ nouæ.

Hippolytus Estensis Ferrariensis, electus Archiepiscopus Strigoniensis, post Agriensis, Diaconus Card. S. Luciæ in Silice.

Fridericus Casimirus filius regis Poloniæ, electus Episcopus Cracouiensis Diac. Card. S. Luciæ in Septisolio.

Iulianus Cæsarinus, Romanus, electus Episcopus Asculanus Diac. Card. SS. Sergij, & Bacchi, post S. Angeli.

Dominicus Grimanus, Venetus, Protonot. Apostolicus Diac. Card. S. Nicolai inter imagines, post Presbyter tt. S. Marci.

Alexander Farnesius Romanus, Protonot. & Thesaurarius Apostolicus, Diaconus Card. SS. Cosmæ, & Damiani.

Bernardinus de Lunate, Papiensis, Protonot. Apostolicus Diac. Card. S. Cyriaci in Thermis. unum uero Cardinalem sibi in pectore reseruauit arbitrio suo publicandum, quem triennio post publicauit.

TERTIA VNIVS CARDINALIS CREATIO.

Anno Domini MCCCCXCV. Pontific. III. XVII. Cal. Februarij Romæ, Alexander Papa VI. tertio creauit Cardinalem. is fuit

Guillelmus Brissoneta, Gallus, Episcopus Maclouiensis, Presbyter Card. S. Pudentianæ, tt. Pastoris.

QVARTA CREATIO IIII. CARDINALIVM.

Anno Domini MCCCCXCVI. Pontific. IIII. XI. Cal. Martii Romæ, Papa Alexander VI. quarto creauit Cardinales. qui fuerunt

Bartholomæus Martini, Valentinus, Hispanus, œconomus suus, Episcopus Segobiensis, Presbyter Card. tt. S. Agathæ.

Ioannes de Castro, Valentinus, Hispanus, Arcis Præfectus, Episcopus Agrigentinus, presbyter Card. tt. S. Priscæ.

Ioannes Lopes, Valentinus, Hispanus, Datarius, Episcopus Perusinus, post Archiepiscopus Capuanus, Presbyter Card. S. Mariæ Transtiberim, tt. Calisti.

Ioannes Borgia, Valentinus, Hispanus, Papæ nepos, electus Episcopus Melfitensis Diaconus Cardinalis S. Mariæ in uia lata.

PVBLICATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini MCCCCXCVI. Pontific. IIII. Papa Alexander VI. eum Cardinalem publicauit, quem sibi in secunda creatione in pectore reseruauerat. is fuit

Lodouicus de Arragonia, Neapolitanus, regis nepos, electus Episcopus Auersanus, Diaconus Card. S. Mariæ in Cosmedin.

QVINTA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Domini MCCCCXCVII. Pontific. VI. XII. Cal. Ianuarij Romæ, Papa Alexander VI. creauit unum Cardinalem, qui fuit

Philippus de Lutcemburgo, Gallus, Episcopus Cœnomanensis, & Morinensis, Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

SEXTA VNIVS CARDINALIS CREATIO.

Anno Domini MCCCCXCVIII. Pontific. VII. Romæ pridie Idus Septembris, Papa Alexander creauit Cardinalem unum. is fuit

Georgius de Ambosia, Gallus, Archiepiscopus Rothomagensis, Presbyter Card. tt. S. Xysti.

SEPTIMA TRIVM CARDINALIVM CREATIO.

Anno Domini M D. Pontific. VIII. XIII. Cal. Aprilis Romæ, Papa Alexander tres creauit Cardinales, uidelicet Didacum de Mendozza, Lodouicum Borgiam, & Amaneum de Alibretto, quos tamen non nisi in sequenti nouem Cardinalium creatione publicauit.

OCTAVA IX. CARDINALIVM CREATIO.

Anno Domini M D. Pontific. IX. IIII. Cal. Octobris Romæ, Alexander Papa VI. nouem creauit Cardinales, & tres iam creatos publicauit: hi fuere

Thomas ex oppido Herdouth, Versprimiensis diœcesis, Hungarus, Archiepiscopus Strigoniensis, Presbyter Card. SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitij.

Iacobus Serra, Valentinus, Hispanus, Episcopus Arborensis, urbis Gubernator, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte; post, tt. S. Clementis.

Petrus Isualies, Messanensis, Siculus, Archiepiscopus Rhegynus, Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Didacus Fhurtadus de Mendozza, Hispanus, Archiepiscopus Hispalensis, & Patriarcha Alexandrinus, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Franciscus Borgia, ex oppido Sauina, Valentinæ diœcesis, Hispanus, Calisti Papæ, ut credebatur, filius, Archiepiscopus Consentinus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.

Ioannes Verra, Valentinus, Hispanus, Archiepiscopus Salernitanus, tt. S. Balbinæ.

Lodouicus Podacatarus, Nicosiensis, Cyprius, Græcus, Episcopus Caputaquensis, Presbyter Card. tt. S. Agathæ.

Ioannes Antonius Triuulcius, Mediolanensis, Auditor Rotæ, Episcopus Comensis, Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ.

Ioannes Baptista Ferrarius, ciuis, & Episcopus Mutinensis, Datarius, Presbyter Card. tt. S. Chrysogoni.

Amaneus de Alibretto, Gallus, regio Francorum Regum genere ortus, Protonot. Apostolicus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Frater Lodouicus Borgia, sororis Alexandri Papæ filius, Ioannis Cardinalis Montis regalis frater, Valentinus, Hispanus, Miles Hospitalis, & prior S. Euphemiæ; electus Archiepiscopus Valentinus, Diac. Card. S. Mariæ in uia lata.

Marcus Cornelius, Venetus, Protonot. Apostolicus Diac. Card. S. Mariæ nouæ, post S. Mariæ in porticu.

NONA VNIVS CARDINALIS CREATIO.

Anno Domini M D. . . . Pontific. V. . . . Papa Alexander Romæ unum creauit Cardinalem. is fuit

Io. Stephanus Ferrerius, ex oppido Biella, Vercellensis diœcesis, Episcopus Bononiensis, Auditor Rotæ, Presbyter Card. tt. SS. Sergij, & Bacchi, post S. Vitalis, tt. Vestinæ.

DECIMA IX. CARDINALIVM CREATIO.

Anno Domini M D I I I. Pontific. X I. prid. Cal. Iunij Romæ, Papa Alexander V I. decimo creauit Cardinales, qui fuerunt

Ioannes Castelliar, Hispanus, Archiepiscopus Tranensis, Presbyter Card. tt. S. Mariæ Transtiberim.

Franciscus Remolinus, Valentinus, Hispanus, Archiepiscopus Surrentinus, Presbyter Card. tt. S. . . .

Franciscus Soderinus, Florentinus, Episcopus Volaterranus, Presbyter Card. tt. S. Susannæ.

Melchior Copis Germanus, Episcopus Brixinensis, Presbyter Card. tt. S. . . .

Nicolaus de Flisco, Genuensis V. I. Doctor, ex Episcopo Foroiuliensi, Tolonensis, Presbyter Card. tt. S. Nicolai inter imagines.

Franciscus de Sprats, Aureolensis, Hispanus, Episcopus Legionensis, Presbyter Card. tt. SS. Sergij, & Bacchi.

Hadrianus Castellensis, Cornetanus, ex Episcopo Elsordiensi Bathoniensis in Anglica, Presbyter Card. tt. S. Chrysogoni.

Iacobus Casanoua, Valentinus, Hispanus, Protonot. & Cubicularius Apostolicus, Presbyter Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio.

Franciscus Iloris, Valentinus, Hispanus, electus Episcopus Eluensis, Diaconus Cardinalis S. Mariæ nouæ.

EPISCOPI CARDINALES III. CREATI AB ALEXANDRO PAPA VI.

Ioannes Michaelius ex Prænestino Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ.

Hieronymus Bassus, ex Presbytero, tt. S. Chrysogoni Xysti IIII. Episcopus Card. Prænestinus.

Georgius Costa, ex Episcopo Albano Episcopus Cardinalis Tusculanus, post Portuensis.

Laurentius Cibo ex Presbytero, tt. S. Marci Innocentij VIII. Episcopus Card. Albanus, post Tusculanus.

Antoniottus Palauicinus ex Presbytero tt. S. Praxedis Innocentij Papæ VIII. Episcopus Card. Albanus.

Baptista Vrsinus, ex Diacono S. Mariæ nouæ Xysti IIII. Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachij.

Papa Alexander Decem ordinationibus mensibus Ianuario, Februario, Martio, Iunio, Augusto, & Septembri factis, tres & quadraginta creauit Cardinales, uidelicet Episcopos tres, sed eos ex antiquis cardinalibus Presbyteros XXXI. in his unum ex antiquo Diacono, & Diaconos XIII.

Ascanius Maria Vicecomes Sfortia, Mediolanensis, Diac. Card. SS. Viti, & Modestæ, in macello martyrum S. R. E. Vicecancellarius sub Papa Alexandro VI.

CARDINALES XXIII. MORTVI SVB ALEXANDRO PAPA VI.

Frater Mapheus Gerardus, Venetus, ord. minorum Camaldulensis, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei, obijt Narniæ, rediens ex urbe Venetias post comitia Alexandrina, anno MCCCCXCII. Pontific. I. cadauer Venetias portatum.

Ardicinus de la Porta, Nouariensis, Presbyter Card. tt. Pammachij, obijt Romæ prid. Nonas Februarij, anno MCCCCXCIII. Pontific. I. sepultus ad S. Petrum.

Ioannes de Comitibus, Romanus, Presbyter Card. tt. S. Vitalis, obijt Ro-

mæ XIII. *Cal Nouembris, anno* MCCCCXCIII. *Pontific.* II. *ſepultus ad* S. *Mariam de Ara cæli.*

Petrus Gundiſſaluius de Mendozza, Presbyter Card. tt. S. *Crucis in* Hie*ruſalem, obijt in partibus* XI. *Cal.Februarij, anno* MCCCCXCV. Pontific. III. *ibique ſepultus.*

Bernardinus de Lunate Papienſis, *Diaconus Card.* S. *Cyriaci in* Thermis, *obijt* Romæ VI. *Idus Auguſti, anno* MCCCCXCVII. *Pontific.* VI. *ſepultus ad* Populum.

Io. *Iacobus Sclafenatus, Presbyter Card. tt.* S. *Stephani in monte Cælio, obijt* Romæ V. *Idus Decembris, eodem anno: ſepultus in eccleſia* S. *Auguſtini.*

Paulus Fregoſus, Ciuis, Dux, & Archiepiſcopus Genuenſis, Presbyter Card. tt. S. *Xyſti, obiit Romæ* XIII. *Cal. Aprilis, anno* MCCCC XCVIII. *Pontific.* VI. *ſepultus ad* SS. *Apoſtolos.*

Cæſar Borgia *Hiſpanus, filius nothus Papæ*, Diac. *Card.* S. *Mariæ nouæ Cardinalatu abdicauit. prid. Cal. Septembris, anno* MCCCCXCVIII. *Pontific.* VII. *occiſus poſtea ſub* Papa *Iulio* II.

Io. *Baptiſta Sabellus, Romanus*, Diac. *Card.* S. *Nicolai in carcere Tullia*no, *obiit* Romæ XIIII. *Cal. Octobris, eodem anno: ſepultus ad* S.Ma*riam de Ara cæli.*

Frater *Ioannes Gallus, Monachus, & Abbas* S. *Dionyſii, Presbyter Card. tt.* S. *Sabinæ, obiit* Romæ VIII. *Idus Auguſti, anno* MCCCCXCIX. *Pontificat.* VII.

Ioannes Borgia, *Valentinus, Papæ Alexandri ex ſorore pronepos*, Diac. *Card.* S. *Mariæ in uia lata, obiit Vrbini anno* MD. *Pontific.*VIII. XVI. *Cal. Februarii.*

Bartholomæus Martini Valentinus, Presbyter Card. tt. S. *Agathæ, obiit Romæ* VIII. *Cal. Februarii eiuſdem anni: ſepultus ad* S. *Petrum in Vaticano.*

Ioannes *Anglus, Presbyter Card. tt.* S. *Anaſtaſiæ, obiit, & ſepultus eſt in Anglia, anno Domini* MD. *Pontific.* VIII.

Dominicus de Ruuere Taurinenſis, Presbyter Card. tt. S. *Clementis, obiit Romæ* IX. *Cal. Maii, anno* MDI. *Pontificat.* IX. *ſepultus ad Populum.*

Baptiſta Zeno, Venetus, Epiſcopus Card. Tuſculanus, Archipresbyter S. *Petri, obiit Patauii menſe Maio, anno* MDI. *Pontific.* IX. *cadauer Venetias translatum in Sacello prope* S. *Marcum ſepultum eſt.*

Ioannes Lopes, Valentinus, Presbyter Card. tt. S. *Mariæ Tranſtiberim,*

obiit Romæ VIII. *Idus Augusti, anni* MDI. *Pontific.* X. *sepultus ad* S. *Petrum*.

Ioannes Baptista Ferrarius, *Mutinensis, Presbyter Card. tt. S. Chrysogoni, obiit* Romæ VI. *Cal. Augusti, anno* MDII. *Pontific.* X. *sepultus ad S. Petrum*.

Didacus Fhurtadus *de Mendozza, Hispanus, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ, obiit in* Hispania *apud Maioricum, prid.* Idus *Octobris, anno* MDII. *Pontific.* XI. *ibique sepultus.*

Baptista Vrsinus, Romanus, *Presbyter Card. tt.* Pammachii, *obiit* Romæ *in mole* Hadriani, *ueneno sublatus, anno* MDIII. *Pontific.* XI. *sepultus ad* S. *Petrum*.

Ioannes Michaelius, Venetus, Episcopus Veronensis, Patriarcha Constantinopolitanus, Episcopus Card. Portuensis, obijt Romæ, *ueneno sublatus* VII. *Idus Aprilis, anno Domini* MDIII. *Pontific.* XI. *sepultus ad* S. *Marcellum*.

Ioannes Borgia, *sororis* Papæ *Alexandri filius, Valentinus, Presbyter Card. tt. S. Susannæ, obijt* Romæ: *sepultus ad* S. *Petrum anno* MD....

Fridericus Cassimirus, Polonus, Diac. Card. S. Luciæ in Septisolio, obijt, & sepultus est in Polonia, *anno* MDIII.

Lodouici Spinay, Presbyteri Cardinalis tt. S. Martini in montibus, & }
Fratris Petri Daubusson, Diaconi Card. S. Hadriani. } *exitus obscuri sunt.*

OBITVS PAPAE ALEXANDRI VI.

Anno Domini MDIII. XV. *Cal. Septembris, Romæ in palatio Apostolico ex ueneno obijt Alexander Papa* VI. *cadauer eius in sacrario Basilicæ S. Petri sepultum est. uacauit sedes mensem* 1. *& dies* 4.

Eodem anno XIIII. *Cal. Septembris eius exequiæ more* Romano *à Cardinalibus celebrari sunt cœptæ.*

Eodem anno V. *Cal. Septembris missa Spiritus sancti ab Episcopo Sabino cantata, Cardinales* XXXVII. *conclaue ingressi sunt loco solito præparatum, ubi* X. *Cal. Octobris elegerunt in* Romanum *Pontificem* Franciscum Picolomineum, *Senensem, Archidiaconum Cardinalem S. Eustachij, qui Pius Papa* III. *appellatus est.*

PIVS III. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MDIII.

218 PIVS PAPA III. *Franciscus antea uocatus, natione Tuscus, patria Senensis, Pij Papae II. ex sorore Laodomia nepos fuit. qui ab auunculo gentilitijs insignijs, & nomine donatus, Archiepiscopusq; Senensis designatus, non longe post Diaconus Card. S. Eustachij creatus est. multis autem legationibus pro Reip. Christianae arduis negocijs in Cardinalatu susceptis clarus euasit. quare mortuo Alexandro Papa VI. Romae in eius locum, quum esset S. R. E. Archidiaconus, omnium Cardinalium suffragijs X. Cal. Octobris, anno MDIII. Pontifex Maximus renunciatus, VIII. Idus Octobris suae coronationis insignia suscepit.*

Sedit autem in Apostolica sede, Imp. Caesare Maximilianodies tantum 26.

CARDINALES XLVI. VIVI QVANDO PIVS PAPA III. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

PAVL. II. ET XYST. IIII.

Oliuerius Caraffa, Episcopus Card. Sabinus Decanus.

XYSTVS PAPA IIII.

Iulianus de Ruuere, Episcopus Card. Ostiensis, maior Poenitentiarius.

XYST. IIII. ET INNOC. VIII.

Georgius Costa, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinae.

XYST. IIII. ET ALEX. VI.

Hieronymus Bassus, Episcopus Cardinalis Praenestinus.

INNOC. VIII. ET ALEX. VI.

Laurentius Cibo, Episcopus Card. Tusculanus.

Antoniottus Palauicinus, Episcopus Card. Albanus.

PRESBYTERI CARDINALES XXV.

CALISTVS PAPA III.

* *Lodouicus Milanus, tt. SS. quatuor Coronatorum S.R.E. Archipresbyter.*

ALEXANDER PAPA VI.

Ioannes Antonius de S. Georgio tt. SS. Nerei, & Achillei.

Bernardinus Caruaial, tt. S. Crucis in Hierusalem.

* *Raimundus Peraululi tt. SS. Ioannis, & Pauli.*
* *Guillelmus Brissoneta tt. S. Pudentianæ.*
Ioannes de Castro tt. S. Priscæ.
* *Philippus de Lutcemburgh tt. SS. Marcellini, & Petri.*
Georgius de Ambosia tt. S. Xysti.
* *Thomas Hungarus tt. S. Martini in montibus.*
Iacobus Serra tt. S. Clementis.
* *Petrus Isualies tt. S. Cyriaci in Thermis.*
Franciscus Borgia tt. S. Cæciliæ.
Ioannes Verra tt. S. Balbinæ.
Lodouicus Podacatarus tt. S. Agathæ.
Antonius Triuulcius tt. S. Anastasiæ.
Dominicus Grimanus tt. S. Marci.
Io. Stephanus Ferrerius tt. S. Vitalis.
Ioannes Castelliar tt. S. Mariæ Transtiberim.
* *Franciscus Remolinus S. R. E. Presbyter Cardinalis.*
Franciscus Soderinus tt. S. Susannæ.
* *Melchior Copis S. R. E. Presbyter Cardinalis.*
Nicolaus de Flisco tt. S. Nicolai inter imagines.
Franciscus de Sprats tt. SS. Sergij, & Bacchi.
Hadrianus Castellensis tt. S. Chrysogoni.
Iacobus Casanoua tt. S. Stephani in Cœlio monte.

DIACONI CARDINALES XIIII.

PIVS PAPA II.

Franciscus Picolomineus S.Eustachij S.R.E.Archidiaconus.

XYSTVS PAPA IIII.

Raphael Riarius S.Gregorij in Velabro S.R.E.Camerarius.
Ioannes de Columna S.Mariæ in Aquiro.
Ascanius Maria Sfortia SS.Viti,et Modestæ,in Martyrum macello S.R.E Vicecancellarius.

INNOCENTIVS PAPA VIII.

Ioannes Medices S.Mariæ in Domnica.
Fridericus Sanseuerinas S.Theodori.

ALEXANDER PAPA VI.

* *Hippolytus Estensis S.Luciæ in Silice.*
Iulianus Cæsarinus S.Angeli.
Alexander Farnesius SS.Cosmæ & Damiani.
Lodouicus de Aragonia S.Mariæ in Cosmedin.

Amaneus de Alibretto S.Nicolai in carcere Tulliano.
Lodouicus Gorgia S.Mariæ in uia lata.
Marcus Cornelius S.Mariæ in porticu.
Franciſcus Iloris S.Mariæ nouæ.

OBITVS PII PAPAE III.

Anno Domini M D I I I. X V. Cal.Nouembris Romæ in Palatio Apoſtolico obiit Papa Pius I I I.Cadauer in Baſilica S.Petri ſepultum. uacauit ſedes dies X X I I I I.

Eodem anno X I.Kal.Nouembris eius exequiæ celebrari cœptæ.

Eodem anno prid.Cal.Nouembris,Miſſa Spiritus Sancti cantata,Cardinales præſentes numero X X X V I I I. Conclaue ingreßi ſunt loco conſueto paratum.Qui I I I I.Idus Nouembris creauerunt in Papam,Iulianum de Ruuere,Epiſcopum Card. Oſtienſem, qui Iulius Papa I I.appellatus eſt.

IVLIVS II. PONTIFEX MAXIMVS.

ANNO CHRISTI MDIII.

SIGNVM IVLII PAPAE II.

DOMINVS MIHI ADIVTOR, NON TIMEBO QVID FACIAT MIHI HOMO.

219 IVLIVS PAPA II. *Iulianus de Ruuere antea uocatus, natione Ligur ex Villa Albizzola, Diœceſis Sauonenſis ortus, patrem habuit Raphaelem fratrem Germanum Xyſti Papæ I I I I.a quo Pontifice primo Epiſcopus Carpentoratenſis, mox Presbyter Card.tt.S. Petri ad Vincula,deinde maior Pœnitentiarius,demum Epiſcopus Card.Oſtienſis & Veliternus creatus fuit. eum Innocentius Papa V I I I. Legatum Auinionis fecit: Pio autem I I I.breui mortuo,Romæ in eius locum omnium Cardinalium ſuffragijs I I I I. Idus Nouembris Anni M D I I I. Pontifex Maximus renunciatus V I.Cal.Decembris coronatus eſt.*

Sedit in Apoſtolica ſede Imp.Cæſ.Maximiliano Auguſto annos I X. menſes I I I.& dies X I I.

CARDINALES XLV. VIVI QVANDO IVLIVS PAPA II. CREATVS EST.

EPISCOPI CARDINALES VI.

PAVL. II. ET XYST. IIII.

Oliuerius Caraffa Episcopus Card.Sabinus,Decanus.

XYSTVS PAPA IIII.

Iulianus de Ruuere,Episcopus Card.Ostiensis, maior Pœnitentiarius.

XYST. IIII. ET INNOC. VIII.

Georgius Costa,Episcopus Card.Portuensis,& S.Rufinæ.

XYST. IIII. ET ALEX. VI.

Hieronymus Bassus,Episcopus Card.Prænestinus.

INNOC. VIII.ET ALEX. VI.

Laurentius Cibo,Episcopus Cardinalis Tusculanus.
Antoniottus Palauicinus,Episcopus Card.Albanus.

PRAESBYTERI CARDINALES XXV.

CALISTVS PAPA III.

* Lodouicus Milanus tt. SS.IIII.coronatorum S.R.E. Archipresbyter.

ALEXANDER PAPA VI.

Ioannes Antonius tt.SS.Nerei & Achillei.
Bernardinus Caruaial,tt.S.Crucis in Hierusalem.
* Raimundus Peraululi tt. Pammachij.
* Guillelmus Brissoneta tt. Pastoris.
Ioannes de Castro tt.S.Priscæ.
* Philippus de Lu:cemburgh tt.SS.Marcellini,& Petri.
Georgius de Ambosia tt.S.Xysti.
* Thomas Vngarus tt.Equitij.
Iacobus Serra tt.S.Clementis.
Petrus Isualies tt.S.Cyriaci in Thermis.
Franciscus Borgia tt.S.Cæciliæ.
Ioannes Verra tt.S.Balbinæ.
Lodouicus Podacatarus tt.S.Agathæ.
Antonius Triuulcius tt.S.Anastasiæ.
Dominicus Grimanus tt.S.Marci.
Ioannes Stephanus Ferrerius tt.S.Vitalis.
Ioannes Castelliar tt.S.Mariæ Transtiberim.
* Franciscus Remolinus S.R.E.Presbyter Cardinalis.
Franciscus Soderinus tt.S.Susannæ.

* *Melchior Copis S.R.E.Presbyter Cardinalis.*
Nicolaus de Flisco tt.S.Nicolai inter imagines.
Franciscus de Sprats tt. SS. Sergij & Bacchi.
Hadrianus Castellensis tt.S.Chrysogoni.
Iacobus Casanoua tt.S.Stephani in Cœlio monte.

DIACONI CARDINALES XIII.

XYSTVS PAPA IIII.

Raphael Riarius S.Georgij in Velabro S.R.E. Camerarius,& Archidiac.
Ioannes de Columna S. Mariæ in Aquiro.
Ascanius SS.Viti,& Modestæ in macello martyrũ S.R.E.Vicecancellarius.

INNOCENTIVS PAPA VIII.

Ioannes Medices S.Mariæ in Domnica.
Franciscus Sanseuerinas S.Theodori.

ALEXANDER PAPA VI.

Hippolytus Estensis S.Luciæ in Silice.
Iulianus Cæsarinus S. Angeli.
Alexander Farnesius SS.Cosmæ,& Damiani.
Lodouicus de Arragonia S.Mariæ in Cosmedin.
Amancus de Alibretto S. Nicolai in carcere Tulliano.
Lodouicus Borgia S.Mariæ in Via lata.
Marcus Cornelius S.Mariæ in Porticu.
Franciscus Iloris S.Mariæ nouæ.

PRIMA CREATIO IIII. CARDINALIVM

Anno Domini MDIII. Pontific.primo III.Cal. Decembris Romæ Papa Iulius II. in primo consistorio quattuor creauit Cardinales; qui fuerunt

Franciscus Guillelmus de Claromonte,Gallus,ex Episcopo S. Pauli, Archiepiscopus Narbonẽsis,deinde Auxitanus,Presbyter Cardinalis tt.S. . . .

Ioannes de Estunica,Hispanus,Magister de Alcantara,Archiepiscopus Hispalensis, Presbyter Card.

Frater Clemens Grossus de Ruuere, Sauonensis, sororis Papæ Xysti filius, ordinis minorum, ex Episcopo Minatensi Mendensis, Presbyter Cardinalis tt.S. . . .

Galeottus Franciottus de Ruuere, Ciuis, & Episcopus Lucensis Luchinæ sororis Papæ Iulij II. filius, Presbyter Card. S. Petri ad Vincula tt.Eudoxiæ.

SECVNDA

SECVNDA IX. CARDINALIVM CREATIO.

Anno Domini M D V. Pontific. I I I. X I I I. Cal. Ianuarii, Romæ Papa Iulius I I. iterum creauit Cardinales; qui fuere

Frater Marcus Vogerius, Sauonensis, Ligur, ordinis minorum, Theologus. Episcopus Senogalliensis, Presbyter Card. tt. S. Mariæ Transtiberim.

Robertus Britto, Gallus, Episcopus Redonensis, orator Regis Francorum, Presbyter Card. tt. S. Anastasiæ.

Leonardus Grossus de Ruuere, Sauonensis, Ligur frater Cardinalis Medensis, Episcopus Agennensis, Presbyter Card. tt. S. Susannæ, post maior Pœnitentiarius.

Antonius Forrerius, Sauonensis, Episcopus Eugubinus, Presbyter Card. tt. S. Vitalis.

Franciscus Alidosius ex oppidó Riua, Forocorneliensis Diœcesis, ex Episcopo Papiense Bononiensis, Thesaurarius Apostolicus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.

Carolus de Caretto ex comitibus Finarij, Genuensis, Archiepiscopus Thebanus, Presbyter Card. tt. SS. Sergij & Bacchi, post tt. S. Cæciliæ.

Gabriel de Gabrielibus, Fanensis, Episcopus Vrbinas, Presbyter Card. tt. S. Praxedis.

Factius Sanctorius, Viterbiensis, Episcopus Cæsenas, Datarius & Cameræ Apostolice clericus, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Sigismundus Gonzaga, ciuis, & electus Episcopus Mantuanus, Diac. Card. SS. Viti, & Modestæ in macello martyrum, post S. Mariæ nouæ.

TERTIA CREATIO III. CARDINALIVM.

Anno Domini M D V I Pontific. I I I. mense Septembri, Bononiæ Iulius Papa I I. tres creauit Cardinales; qui fuere

Franciscus de Ambosia, Gallus, Episcopus Albiensis, Presbyter Car. tt. S. . . . .

. . . Gallus, Archiepiscopus Narbonensis, Presbyter Card. tt. S. . . .

Renatus de Bria, Bituricensis, Gallus, Episcopus Baiocensis, Presbyter Card. tt. S. . . .

QVARTA VNIVS CARDINALIS CREATIO.

Anno Domini M D V I I. Pontific. I I I I. X V I. Cal. Iunij Romæ Pa-

pa Iulius II. creauit Cardinalem unum; qui fuit
Frater Franciscus Symenes, ex oppido Cisneros, Palentinæ Diœcesis, Hispanus, ordinis minorum de obseruantia, Archiepiscopus Toletanus, Presbyter Cardinalis tt. S. Balbinæ.

QVINTA VNIVS CARDINALIS CREATIO.

Anno Domini MDVIII. Pontific. V. III. Idus Septembris Romæ, Papa Iulius II. unum creauit Cardinalem; qui fuit
Frater Xystus Gara de Ruuere, Lucensis, Luchinæ sororis Papæ Iulij ex altero marito filius, Miles Hospitalis, prior urbis, Episcopus Lucensis, Patauinus, Cremonensis, Archiepiscopus Beneuentanus, Presbyter Card. tt. S. Petri ad Vincula, & S. R. E. Vicecancellarius.

SEXTA IX. CARDINALIVM CREATIO.

Anno Domini MDXI. Pontific. VIII. mense Martio, Rauennæ Papa Iulius II. nouem creauit Cardinales, qui fuere
Christophorus Anglus, Archiepiscopus Eboracensis, orator Regis Anglorum, Presbyter Card. tt. S. Praxedis.
Antonius de Monte Sancti Sabini, Diœcesis Arretinæ Tuscus, Archiepiscopus Sypontinus, auditor cameræ Apostolicæ, Presbyter Card. S. Vitalis, tt. Vestinæ.
Matthæus Heluetius, Episcopus Sedunensis, Presbyter Card. tt. S. Pudentianæ.
Petrus Accoltus Arretinus, Episcopus Anconitanus auditor Rotæ, Presbyter Card. tt. S. Eusebij.
Achilles Grassus, Bononiensis, Episcopus Tiphernas, auditor Rotæ, Presbyter Card. tt. S. Xysti.
Franciscus Argentinus Venetus, Episcopus Concordiensis, Datarius, Presbyter Card. tt. S. Clementis.
Bendinellus Saulius, Genuensis, electus Episcopus Hieracensis, Diaconus Card. S. Hadriani, post Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.
Alphonsus Petrucius, Senensis, electus Episcopus Grossetanus, Diac. Card. S. Theodori.
Matthæus Langus, Germanus, electus Curcensis, Diaconus Cardin. S. Angeli.

EPISCOPI CARDINALES IX. CREATI A PAPA IVLIO II.

Oliuerius Caraffa, ex Episcopo Cardinale Sabino Ostiensis, & Veliternus.
Hieronymus Bassus ex Episcopo Cardinale Prænestino Sabinus.
Laurentius Cibo ex Episcopo Cardinale Tusculano Prænestinus.
Antoniottus Palauicinus, ex Albano Tusculanus, & post Prænestinus.
Raphael Riarius ex Diacono S. Georgij in Velabro Xysti IIII. Episcopus Cardinalis Albanus, post Tusculanus, deinde Prænestinus, postea Sabinus, post Portuensis, demum Ostiensis, & Veliternus.
Ioannes Antonius de S. Georgio, ex Presbytero Cardin. tt. SS. Nerei, & Achillei, Alexandri VI. Episcopus Card. Albanus, post Tusculanus, deinde Prænestinus, demum Sabinus.
Bernardinus Caruaial, ex Presbytero tt. S. Crucis in Hierusalem Alexandri VI. Episcopus Card. Albanus, post Tusculanus, deinde Prænestinus demum Sabinus.
Guillelmus Brissoneta, ex Presbytero tt. Pastoris Alexandri VI. Episcopus Cardinalis Albanus, post Tusculanus, deinde Prænestinus.
Dominicus Grimanus, ex Presbytero tt. S. Marci, Alexandri VI. Episcopus Card. Albanus, post Tusculanus, deinde Portuensis, & S. Rufinæ.
Philippus de Lutcemburgo, ex Presbytero tt. SS. Marcellini, & Petri, Alexandri VI. Episcopus Card. Albanus, post Tusculanus.
Iacobus Serra, ex Presbytero Alexandri VI. Episcopus Card. Albanus.
Franciscus Soderinus, ex resbytero Basilicæ Apostolorum, Alexandri VI. Episcopus Cardinalis Sabinus.
Frater Marcus Vogerius, ex Presbytero tt. Calisti, Episcopus Cardinalis Prænestinus.
Lodouicus Borgia, ex Diacono S. Mariæ in uia lata, Alexandri VI. Presbyter Card. tt. S. Marcelli, & maior Pœnitentiarius.
Antonius Triuulcius, ex Presbytero tt. S. Anastasiæ, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.
Franciscus Remolinus, Presbyter Card. tt. Pammachij, post S. Marcelli.
Franciscus Borgia, ex Presbytero tt. S. Cæciliæ, Presbyter Card. tt. S. . . .
Io. Stephanus Ferrerius ex Presbytero tt. Vestinæ, Presbyter Cardinalis tt. S. Clementis.
Nicolaus de Flisco, ex Presbytero tt. S. Nicolai inter imagines, Presbyter tt. S. Priscæ.
Melchior Copis, Presbyter Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio.

Alexander Farnesius, ex Diacono SS. *Cosmæ*, & *Damiani* Diaconus S. *Eustachii*.
Marcus Cornelius, ex Diacono S. *Mariæ in porticu*, Diac. *Cardinalis* S. *Mariæ in uia lata*.
Fridericus Sanseuerinus, ex Diacono S. Theodori, Diaconus Cardinalis S. Angeli.

Papa Iulius II. *sex ordinationibus mensibus* Martio, Maio, *Septembri*, Nouembri, & Decembri *factis*, XXVII. *creauit nouos Cardinales, uidelicet* Episcopos *nouem, sed octo ex antiquis* Cardinalibus, *Presbyteros* XXIII. *in his unum ex antiquis* Diaconis, & Diaconos IIII.

VICECANCELLARII S.R.E. SVB IVLIO PAPA II.

Ascanius Maria Sfortia, Vicecomes S. R. E. *Diac. Card.* SS. Viti, & *Modestæ in macello martyrum, annis primo, & secundo Pontificatus.*
Galeottus Franciottus de Ruuere, Presbyter Card. tt. S. Petri ad Vincula, annis Pontificatus, tertio, quarto, & quinti parte.
Xystus Gara de Ruuere, Presbyter Card. tt. S. Petri ad Vincula, ab anno quinto, ad finem Pontificatus.

CARDINALES XXXIX. MORTVI VEL PRIVATI SVB IVLIO PAPA II.

Laurentius Cibo Genuensis, Episcopus Card. Prænestinus, obijt Romæ Calend. Decembris, anno MDIII. *Pontific. primo. sepultus in Sacello suo ad Populum.*
Ioannes Castelliar Hispanus, Presbyter Card. tt. S. Mariæ Transtiberim, obijt Valentiæ in Hispania, cum iret ad regem Hispaniarum, Cal. Ianuarij anno MDIIII. *Pontificatus primo, ibique sepultus.*
Iacobus Casanoua, Valentinus, Presbyter Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio, obijt Romæ IIII. *nonas Iulij, anno* MDIIII. *sepultus ad S. Mariam de Populo.*
Ioannes de Estunica, Magister de Alcantara, Presbyter Card. obijt in Hispania Guadalupi VI. *Cal. Augusti, eodem anno, ibique sepultus.*
Lodouicus Milanus tt. SS. quatuor Coronatorum S.R.E. Archipresbyter, obijt in Hispania, anno MDIIII. *Pontificatus primo.*
Franciscus Sprats, Aureolensis, Presbyter Card. tt. SS. Sergij, & Bac-

chi, obijt Romæ I I I I. Idus Septembris, anni M D I I I I. sepultus ad S. Saluatorem in Lauro.

Antoniottus Palauicinus, Genuensis, Episcopus Card. Prænestinus, obijt Romæ, anno M D I I I I. Pontific. I I. sepultus ad S. Praxedem.

Ascanius Maria Sfortia, Vicecomes Mediolanensis, Diac. Card. SS. Viti, & Modestæ, in macello martyrum S. R. E. Vicecancellarius, obiit Romæ V I. Cal. Iunii, anno M D V. Pontific. I I. sepultus ad S. Mariam de Populo.

Frater Clemens Grossus de Ruuere, ord. minorum, Presbyter Cardinalis, obiit Romæ, anno M D V. ibique sepultus.

Raimundus Peraululi, Sanctonensis, Presbyter Card. tt. Pammachii. obiit Viterbii in legatione Nonis Septembris, anni M D V. sepultus ad Trinitatem.

Ioannes de Castro, Hispanus, Presbyter Card. tt. S. Priscæ, obiit Romæ V I. Nonas Octobris, anno M D V I. Pontific. I I I. sepultus ad Populũ.

Lodouicus Podacatarus, Cyprius, Presbyter Card. tt. S. Agathæ, obiit Romæ eodem anno, sepultus ad S. Mariam de Populo.

Franciscus Iloris, Valentinus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, obijt Romæ V. Nonas Maij, Anno M D V I I. Pontific. I I I I. sepultus ad S. Petrum.

Ioannes Verra, Valentinus, Hispanus, Presbyter Card. tt. S. Balbinæ Episcopus Leodiensis, obijt Romæ I I I I. Nonas Maij, eodem anno sepultus ad S. Augustinum.

Hieronymus Bassus de Ruuere, Sauonensis, Episcopus, Card. Sabinus, obijt Romæ I I I I. Nonas Maij eodem anno; sepultus ad S. Mariã de Populo.

Antonius Triuulcius, Mediolanensis, Presbyter Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio, obijt Romæ anno M D V I I I. sepultus ad Populum, anno Pontific. V.

Antonius Forerius, Sauonensis, Presbyter Card. tt. Vestinæ. obijt Romæ in Arce X. Cal. Augusti eiusdem anni; sepultus est ad S. Augustinum.

Galeottus Franciottus de Ruuere, Lucensis, Episcopus Lucensis, Patauinus, Cremonen. Archiepiscopus Beneuentanus, Presbyter Card. tt. Eudoxiæ, & S. R. E. Vicecancellarius, obijt Romæ X I. Calend. Augusti, anno M D V I I I. Pontif. V. sepultus ad S. Petrum.

Georgius Costa Portugallẽsis, Hispanus, Episcopus Card. Portuensis, obijt Romæ X I I I. Calendas Octobris eiusdem anni; sepultus ad Populum.

Ioannes de Columna, Romanus, Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro, obijt Romæ V I. Cal. Octobris, eodem anno; sepultus ad SS. Apostolos.

Ioannes Antonius de sancto Georgio, Mediolanensis, Episcopus Card. Sabi-

nus, obijt Romæ V I I.Calend.Aprilis anno M D I X.Pontifi.V I. sepultus ad S.Celsum.

Melchior Copis,Germanus,Presbyter Card.tt.S. Stephani in monte Cœlio, obijt Romæ V I.Nonas Martij,anno M D X. Pontificatus V I I. sepultus ad S.Mariam de Aracœli.

Libri prouisionum, alias consistoriales , ubi notantur omnia quæ in consistorio fiunt sub Innocentio V I.*Vrbano* V.*Gregorio* X I.*Cle mente* V I I.*&* Benedicto X I.*dicto* X I I I.*Antipapis.Item Ale-xandro* V.*Ioannes* X X I.*dicto* X X I I I.*Martino* I I I.*dicto* V. *Et Eugenio* I I I I.*Item* Leone X.*Hadriano* V I.*& Clemente* V I I.
Aliquot libri Cancellariæ Apostolicæ.
Libri Clericorum Cæremoniarum.
Testamenta aliquot Cardinalium.
Inscriptiones,Elegia,Epitaphia,& Annotationes *omniũ monumen-torum tam in Vrbe q̃ extra per* Italiam,*Gallias,&* Hispaniam.
Historiæ ordinum Mendicantium,& Canonicorum *Regularium.*

Chronicum manuſcriptum in membranis Regni *siciliæ.*
Tabulæ inſtrumentorum S.*Petri & S.Gregorij de Vrbe.*
Annonius de Rebus geſtis Francorum.
Regino Monachus Prumienſis,& qui eum ſuppleuit.
Liutprandus Ticinenſis.
Hermanus Contractus.
Lambertus de Scaffnaburgo,Monachus Iſerueldenſis.
Benno Cardinalis *Archipresbyter* S. R. E.
Leo Monachus Caſinas, Epiſc.Oſtienſis } *in Hiſtoria Caſinenſi.*
Petrus Monachus Caſinas, Diac. Card. }
Sigebertus Monachus Gemblacen.& qui eum ſuppleuit.
Otho & } *Friſingenſes in Hiſt.Friderici Ahenobarbi Imp.*
Radeuicus }
Guillelmus Archiepiſcopus Tyriorum in Libris de Bello Sacro.
Abbas Vrſpergenſis .
Frater Salimbenus Parmenſis,ordinis Minorum, in Hiſtoria temporum ſuorum .
Albertinus Muſſatus Patauinus.
Ioannes Villanus.
Diarium Aromatarij cuiuſdam Florentini.
Diuus Antonius Archiepiſcopus Florentinus.
Iacobi Card.Papienſis Epiſtolæ,& Commentaria.
Raphael Volaterranus.
Albertus Crantzius Saxo Germanus.
Pandulphus Collenucius.
Bernardinus Corius.
Vrbanus de Fliſco.
Io.Tritthemius Abbas.
Paulus Corteſius.
Io.Auentinus.
Auguſtinus Card.Triuulcius.
Antonius Lælius.
Angelus Maſſarellus Sanſeuerinas Apoſtolic.Secretarius.

PRIMVS INDEX ROMANORVM PONTIFICVM, SCHISMATVM, PONTIFICVM SCHISMATICORVM, & Conciliorum generalium, per ordinem Alphabeticum.

INDEX CARDINALIVM, QVORVM NOMINA IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

Animaduertendum hunc Cardinalium Indicem, ea ratione confectum esse, ut ordine alphabetico, primo loco intelligatur nomen gentis uel familiæ. Vbi illud deest, (nam pleraque ignorantur) ad nomen proprium uel prænomen est respiciendum. Vbi uero omnia desunt (quod paucis admodum accidit) nomen dignitatis locum ipsum in Indice alphabetico obtinet, ut Abbas, Episcopus, uel Archiepiscopus.

Arduinus Canonic.Regular.Alex. III.
Franciscus Argentinus Venetus, Iulius II.
Aribertus tt.S.Anastasiæ,Cœlest. II.
Aribo Primiscrinius,Leo IX.
Goctius de Ariminis,Gallus,Ben. XII.
Ioannes Arlottus Romanus, Nicol. V. Antipapa.
Fracifcus Armellinus Perusinus,Leo X.
Georgius de Arminiaco, Gallus, Paulus III.
Petrus Arnaldi,Gallus,Monach. Clem. V.Vicecancellarius.
Arnaldus tt.S.Clementis,Paschal.II.
Arnaldus Episcopus Card.Albanus Clemens V.
Arnaldus de Anxio,Gallus,Clem.V.
Arnaldus Episcopus Appamiarum,Gallus,Clem. VI.
Arnoldus Episc.Leodiensis,Vrban.VI.
Iacobus de Arragonia Hispanus, Clem. VII.Antipapa.
Ioannes de Arragonia Neapolitanus, Xyst.IIII.
Lodouicus de Arragonia Neapolitan. Alexand.VI.
Vincentinus de Arragonia Hispanus, Greg. XII.
Ioannes de Arsiis,Gallus,Fel.V.Antipapa II.Nicol.V.
Guillelmus Artufarti, Gallus,Clem. V.
Astaldus de Astallis Romanus, Cœlest. II.Eugen.III.
Atto Presbyt.Card.Alexand. II.
Hugo Attratus Anglus,Martin.IIII.
Gaspar de Aualos Hispanus,Paul. III.
Hieronymus de Annia Genuensis, Clemens VII.

B

Thomas Badia Mutinensis, ord.Predicat.Paul.III.
Balduinus, Gallus, monachus Cisterтien.Innoc.II.
Ioannes Balucs,Gallus,Paulus II.
Bandellus de Bandellis Lucensis, Gregor. XII.
Angelus Barbadicus Venetus, Gregor.XII.
Gaufridus de Barbo, Gallus, Martinus IIII.
Marcus Barbus Venetus,Paulus II.
Petrus Barbus Venetus,Eugen. IIII.
Baro Capellanus Papæ pro cancellario Innoc.II.
Io. Baptista Baro de Consiliariis, Roman.Paul.IIII.
Petrus de Bareria,Gallus, Clem. VII. Antipapa.
Lodouicus de Barro,Gallus,Ben. XIII. Antipapa.
Basilius Græcus,Episcopus Card.Albanus,Alexand.II.
Hieronymus Bassus Sauonensis Xistus IIII.
Bartholomæus tt. Pastoris, Honorius III. Bartholomæus Vicecancellarius, Greg.IX.
Bartholomæus Episcopus Nouariensis,Fel.V.Antipapa.
Petrus de Bauma Burgūdus,Paul. III.
Michael de Becco,Gallus,Clem.V.
Guido Bellagius Florentin.Innoc.II.
Ioannes Bellaius, Gallus, Paulus III.
Egidius de Bellamera,Innocent.VI.
Petrus Bembus Venetus, Paulus III.
Benedictus Presbyter tt.Pastoris, Gre

C

Fridericus Casimirus Polonus, Alexand. VI.
Antonius Casinus Senensis, Martin. V.
Franciscus Castagnola Neap. Vrb. VI.
Bertrandus de Castaneto, Gallus, Ioannes XXII.
Io. Castelliar Hispanus, Alex. VI.
Odettus de Castelione, Gallus, Clemens VII.
Branda Castelio Mediolanensis, Ioannes XXIII.
Gaufridus Castelioneus Mediolanen. Greg. IX.
Gotifredus Castelioneus Innoc. III.
Ioannes Castelioneus Callist. III.
Hadrianus Castellensis Cornetanus, Alexand. VI.
Guido de Castello Tiphernas, Honor. II.
Ioannes de castro Valentinus, Hispan. Alexand. VI.
Annibaldus de Ceccano Romanus, Ioannes XXII.
Antonius Cerdanus Maioricen. Nic. V.
Ioannes Ceruantes Hispan. Martin. V.
Marcellus Ceruinus Politianensis, Paulus III.
Christophorus Anglus, Iulius II.
Chysogonus Pisanus, Paschalis II. Cancellarius.
Chrysogonus tt. S. Praxedis, Innoc. II.
Chrysogonus S. Mariæ in Porticu Innoc. II.
Innocentius Cibo Genuensis, Leo X.
Ioannes Baptista Cibo, Xystus IIII.
Laurentius Cibo, Innocent. VIII.
Io. Baptista Cicada Genuensis, Iul. III.
Leonardus de Ciffono, ordinis Minorum, Clem. VII. Antipapa.
Cincius Romanus, tt. Lucinæ Eug. III.
Cincius Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ, Hadr. IIII.
Cincius Romanus, tt. Luc. Cœlest. III.
Ioannes Cioletti, Gallus, Martin. IIII.
Franciscus Guillelmus de Claromonte, Iulius II.
Antonius de Clauibusc Lusitanus, Eugenius IIII.
Bernardus Clesius Tridentinus, Clemens VII.
Fabricius de Clugniaco, Gallus, Xystus IIII.
Bartholomæus de Cocurno Genuensis, ordinis Minorum, Vrb. VI.
Alanus Coettinus, Britto. Nicol. V.
Amicus de Collemedio, Xystus IIII.
Petrus de Collemedio, Gallus, Inn. IIII.
Agapitus Columna Romanus, Vrb. VI.
Iacobus Columna Romanus, Nic. III. & Clem. V.
Ioannes Columna Roman. Honor. III.
Ioannes Columna, Ioann. XXII.
Ioannes Columna, Xystus IIII.
Otho Columna, Innoc. VII.
Petrus Columna, Nic. III. et Clem. V.
Pompeius Columna, Leo X.
Prosper Columna, Martinus V.
Stephanus Columna, Vrbanus VI.
Comes Mediolanensis, Paschalis II.
Comes tt. S. Sabinæ, Honorius II.
Andreas de Comitibus Anagninus, ordinis Minorum, Bon. IX.
Franciscus de Comitibus Rom. Leo X.
Hugolinus de Comitibus Anagninus Innoc. III.
Ioannes de Comitibus Anagninus, Hadrianus IIII.

Nicolaus

Nicolaus de Cusa Germanus, Nic. V.
Petrus Cyriaci Lemouicensis, Clem. VI.

D

Hieronymus Dandinus Cesenas, Iul. III.
Petrus Daubusson, Gallus, Rhodi Magister, Innoc. V I I I.
Io. Dauferij Salernitanus, Callist. I I.
Dauferius pro Cancellario, Alexand. I I I.
Demetrius Hungarus, Vrban. V I.
Iacobus Denebault, Gallus, Paul. I I I.
Desiderius Beneuentan. Monach. Leo I X. Abbas Caßinen. Nicol. I I.
Desiderius tt. S. Praxedis, Pasch. I I.
Bertrandus de Deucio, Gallus, Bened. X I I. Vicecancellarius.
Deusdedit Presbyter tt. Eudoxiæ, Gregor. V I I.
Deusdedit tt. Damasi, Paschal. I I.
Dietericus Germanus, Paschal. I I.
Dionysius Agriensis Hungarus, Eugenius I I I I.
Dionysius Episcopus Parisiensis, Fel. V. Antipapa.
Guillelmus de Diuano, Gallus, Mart. V. Eugen. I I I I.
Bernardus Diuitius de Bibrena, Leo X.
Diuizzo Episcopus Tusculanus, Paschal. I I.
Diuizzo tt. Equitij, Pasch. I I.
Iulianus Dobla Hispanus, Bened. XIII. Antipapa.
Clemens Dolera Ligur, ordinis Minorum, Paul. I I I I.
Gerardus Domanus, Gallus, ord. Prædicat. Clem. V I.
Io. Dominici Florentinus, ord. Prædicatorum, Greg. X I I.
Lodouicus Donatus Venetus, ord. Minorum, Vrb. V I.
Ioannes de Dormano, Gallus, Vrb. V.
Drogo Laudunensis, Gallus, Abbas, Innoc. I I.
Durantes de Durantibus Brixianus, Paul. I I I.

E

Ioannes Egidij Germanus, Innoc. V I I.
Egidius Episcopus Tusculanus, Cœlestinus I I.
Egidius Episc. Tusculanus, Innoc. I I.
Egidius SS. Cosmæ & Damiani, Clemens I I I.
Egidius Hispanus, Honor. I I I.
Egidius Viterbensis, ord. Eremitarum, Leo X.
Eleazarus Episcopus Theatinus, Vrbanus V I.
Guillelmus Enchauordius, Hadrian. VI.
Episcopus de Edina, Vrbanus V I.
Episcopus Eistatensis, Pius I I.
Episcopus de Seme, Vrb. V I.
Hippolitus Estensis Ferrariensis, Alexand. V I.
Hippolytus Estensis Ferrariensis, Paulus I I I.
Guillelmus de Estonteuilla, Gallus, Eugen. I I I I.
Ioannes de Estunica Hispanus, Iul. I I.

F

Ioannes Fabri, Gallus, Gregor. X I.
Nicolaus de Fabriano, ord. Eremitarũ, Nic. V. Antipapa.
Lambertus de Fagnano Bononien. Can. Reg. Paschal. I I.
Raimundus de Fargis, Gallus, Clem. V.
Arnaldus Faltuerius, Gallus, Clem. V.

G

Nicolaus Gaddus Florentin. Clem. VII.
Thaddæus Gaddus, Paulus IIII.
Gregorius de Galgano, Clem. III.
Petrus Gallocir Romanus, Clem. III.
Vbertus Gambera Brixien. Paul. III.
Xystus Gara Lucen. Iul. II. Vicecãcell.
Guillelmus de Gatadego Parmen. Vicecancellarius, Innoc. IIII.
Robertus de Gebenna, Gallus, Greg. XI.
Gebizzo Abbas S. Alexij de Vrbe, Gregor. VII.
Lucas Gentilis Camers, Vrban. V I.
Georgius Germanus, Ioan. XXIII.
Georgius Episcopus Vicensis, Felix. V. Antipapa.
Petrus Gerardi, Clem. VII. Antipapa.
Gerardus Episc. Ostiensis, Alex. II.
Gerardus tt. S. Priscæ, Callist. II.
Gerardus S. Mariæ in Domnica, Innocent. II.
Gerardus tt. S. Stephani, in Cœlio monte, Eugen. III.
Gerardus S. Mariæ in uia Lata, Eugenius III.
Gerardus pro Cãcellario, Alex. III.
Gerardus S. Nicolai in Carcere Tulliano, Innoc. II.
Maffeus Gerardus Venetus, ord. Camaldul. Innoc. VIII.
Bertrandus de Geraruo, Gallus, Clemens V.
Philippus Gezza Romanus, ord. Prædic. Vrb. V I.
Hieronymus Ghinuccius Senensis, Paulus III.
Michael Ghiselerius Alexandrin. ord. Prædic. Paul. IIII.
Gilibertus tt. S. Marci, Cœlest. II.
Guillelmus Godinus, Gallus, ord. Prædicat. Clem. V.
Goizo tt. S. Ceciliæ, Innoc. II.
Guneterus Gometij, Hispan. Clem. VII. Antipapa.
Petrus Gometij, Hispan. Io. XXII.
Petrus Gometij, Hispanus, Greg. XI.
Franciscus Gonzaga Mantuan. Pius II.
Hercules Gonzaga, Clem. VII.
Pyrrhus Gonzaga, Clem. VII.
Sigismundus Gonzaga, Iulius II.
Raimundus del Goth, Gallus, Clem. V.
Gotifredus de Alatro, Vrb. IIII.
Lodouicus de Goruo Allobrox, Paulus III.
Gratianus Presbyter Card. Greg. VII.
Gratianus SS. Cosmæ & Damiani, Alexand. III. pro Cancellario.
Gregorius Episcopus Card. Sabinus, Greg. VII.
Gregorius Diac. Card. Greg. VII.
Gregorius tt. S. Priscæ, Vrb. II.
Gregorius Abbas Sublacensis, Vrb. II.
Gregorius Abbas S. Gregorij de Vrbe, Vrban. II.
Gregorius Presbyter Basilicæ Apostolorum, Paschal. II.
Gregorius de Ceccano Campanus, Paschal. II.
Gregorius tt. S. Priscæ, Pasch. II.
Gregorius Caietanus, Pasch. II.
Gregorius Presbyter Basilicæ Apostolorum, Callist. II.
Gregorius S. Eustachij, Callist. II.
Gregorius tt. S. Balbinæ, Honor. II.
Gregorius S. Mariæ in Aquiro, Anacletus II.
Gregorius tt. Callisti, Innoc. II.

Guillelmus Anglus, ordinis Præd. Bened.X I.
Guillelmus Patriarcha Hierosolymitanus, Vrb.V I.
Lodouicus de Guisa, Gallus, Iul. I I I.

H

Hannibaldus Hannibaldensis Roman. ord. Prædic. Vrb. I I I I.
Petrus Hannibaldus Rom. Innoc. V I I.
Ricardus Hannibalden. Rom. Greg. I X.
Haymericus Burgundus Can. Reg. Call. I I. Cancellarius.
Helias Archiepiscopus Turonen. Gallus, ord. Minorum, Xyst. I I I I.
Henricus Siculus Decanus Mazaren. Pasch. I I.
Henricus tt. S. Priscæ, Honor. I I.
Henricus Episc. Card. Albanus, Alexand. I I I.
Henricus Episc. Ostiensis, Vrb. I I I I.
Henricus Portugalensis, Paul. I I I.
Mercurius Herborius de Gattinara, Clem. V I I.
Thomas Herdouth Hungarus, Alex. VI.
Hermanus Archipresb. Alex. I I.
Hermanus S. Angeli, Anacletus I I.
Herimanus tt. S. Susannæ, Alex. I I I. pro Cancellario.
Berardus Herulus Narnien. Pius I I.
Georgius Hesler Germanus, Xyst. IIII.
Hieronymus Canon. Regul. Alex. I I I.
Hieronymus Asculanus, ord. Minorũ, Nicol. I I I.
Hildebrandus Soanensis, Tuscus, Monachus, Nic. I I.
Petrus Hispani, Bonifac. V I I I.
Petrus Damiani de Honestis Rauẽnas, Steph. I X.

Hugo Gallus Archiepiscopus Lugdunensis, Alex. I I.
Hugo Episc. Prænestinus, Clem. III. Antipapa.
Hugo Pisanus, Pasch. I I.
Hugo de Alatro Campanus, Pasch. I I.
Hugo Subdiac. pro Cancell. Call. I I.
Hugo S. Theodori, Honor. I I.
Hugo tt. Lucinæ, Cœlest. I I.
Hugo Gallus Abbas Cistertiensis, Eugen. I I I.
Hugo Episcopus Card. Tusculanus, Alexand. I I I.
Hugo Diac. S. Angeli, Alex. I I I.
Hugo Notarius pro Cancellario, Lucius I I I.
Hugobaldus Presb. Card. Alex. I I.
Guillelmus Hugonis, Fel. V. Antipapa, & Nicol. V.
Huguccio tt. Equitij, Cœlest. I I I.
Franciscus Huguccionius Vrbinas, Innoc. V I I.
Philibertus Hugũnecti, Gallus, Xystus I I I I.

I

Christophorus Iacobatius Romanus, Paul. I I I.
Dominicus Iacobatius Roman. Leo X.
Iacobus Abbas S. Anastasij, Monachus Cistert. Greg. I X.
Iacobus Episcopus Portuensis, & S. Rufinæ, Innoc. I I I.
Iacobus Pratensis Tuscul. Nicol. V. Antipapa.
Iacobus Vtinensis, Greg. X I I.
Iacobus Portugallensis, Call. I I I.
Geruasius Lancolettus, Gallus, Martinus I I I I.

nachus, Eug. IIII.
Petrus Isualies Messanensis, Alex. VI.
Petrus Iteni, Gallus, Innoc. VI.
Guillelmus Iudicis, Gallus, Clem. VI.
Petrus Iudicis, Gregor. XI.
Ioannes Petrus Iuliani, Greg. X.
Iulius tt.S.Marcelli, Cœlestin. II. Hadrian. IIII.
Iuo Gallus, Innoc. II.
Ioannes Iuuenis, Gallus, Eug. IIII.

K

Ioannes Kemp. Anglus, Eug. IIII.
Petrus de Kinhaco, Vrb. V.

L

Laborans tt.Callisti, Alex. III.
Theodorus Lælius Taruisinus, Paulus II.
Bertrandus Lagerij, Gallus, ord. Minorum, Greg. XI.
Henricus de Lancastria Anglus, Martin. V.
Gerardus Landrianus Mediolanensis, Eug. IIII.
Landulphus tt.Lucinæ, Paschal. II.
Franciscus Landus Venetus, Ioannes XXIII.
Lanfrancus Vicecancellarius, Gregorius X.
Matthæus Langus Germanus, Iul. II.
Amelinus de Lantrico, Gallus, Clem. VII. Antipapa.
Simon de Laughiam Anglus, Vrb. V.
Dionysius Laurerius Beneuentan. ord. Seruorum, Paul. III.
Ianonus Beacoruus Vicecancellarius, Greg. X.
Robertus de Lenoncourt, Gallus, Paulus III.
Leo Archipresbyter Card. tt. Lucinæ, Leo IX.
Leo S.R.E. Camerarius, Alex. II.
Leo Presbyter Card. Greg. VII.
Leo Diac. Card. Vrb. II.
Leo Episcopus Card. Veliternus, Paschalis II.
Leo Episc. Card. Albanus, Pasch. II.
Leo Canon. Regul. Innoc. II.
Leonardus Episcopus Albanus, Bonifac. VIII.
Philippus de Lenis, Gallus, Xyst. IIII.
Lictifredus tt.Vestinæ, Honor. II.
Garzias Loaysa, Hispan. ord. Prædicat. Clem. VII.
Io. Lofredi Luxiniensis, Gallus, Monachus, Pius II.
Guillelmus Longus Bergomas, Cœlestinus V.
Ioannes Lopes Valentinus, Alex. VI.
Rainaldus Loporta, Gallus, Ioan. XXII.
Carolus Lotharingus, Gallus, Paul. III.
Fridericus Lotharingus, Gallus, Leo IX. Cancellarius.
Ioannes Lotharingus, Gallus, Leo X.
Thomas Lucanus Sergianen. Eug. IIII.
Lucas tt.Pammachij, Innoc. II.
Lodouicus Misnensis, Vrb. VI.
Lodouicus Archiepiscopus Tarentin. Greg. XII.
Lodouicus Episcopus Lausanensis, Fel. V. Antipapa.
Lodouicus Portugallensis, Fel. V. Antipapa.
Petrus de Luna Hispanus, Greg. XI.
Bernardinus de Lunate, Alex. VI.
Lodouicus de Lutcemburgo, Gallus, Eug. IIII.

Petrus

Petrus Maurocenus Venetus, Gregorius X L L.
Raymundus Mayrosius Martin.V.
Hippolytus Medices Florentinus, Clemens V L L.
Ioannes Medices Florentinus, Inn.VIII L.
Io. Angelus Medices Mediolanensis, Paul.I L L.
Iulius Medices Florentinus, Leo X.
Ioannes de Mela Tamoren.Callist.I L L.
Melior S.R.E. Camerarius, Luc. L L L.
Cosmatus Melioratus Sulmonen. Bonif. L X.
Cosmus Melioratus, Abbas Farfensis, Xyst.I L L L.
Ioannes Melioratus Sulmonensis, Innocent.V L L.
Io. Baptista Mellinus Romanus, Xystus L L L L.
Antonius de Mondon, Gallus, Paul. III.
Didacus Fhurtadus de Mendozza Hispan. Alex.V L.
Ennecus de Mendozza Hispanus, Clemens V L L.
Franciscus de Mendozza, Paul.I L L.
Petrus Gundissaluius de Mendozza, Xyst.IIII.
Iacobus de Mentenayo, Gallus, Clem. VII. Antipapa.
Ioannes de Mercone Pisanus, Eug. L L I.
Ioannes Andreas Mercurius Siculus, Iulius L L L.
Stephanus Gabriel, Merinus Hispanus, Clem.V L L.
Bartholomæus Mezzauacca Bononien. Vrb.V I. Bon. I X.
Michael Tholosanus Viceçãcellarius, Vrb.I L I I.
Ioannes Michael Venetus, Paul.I L.
Fabius Mignanellus Senensis, Iul. L L L.
Lodouicus Milanus Valentinus, Calist.I L L.
Milo Episcopus Prænestinus, Vrb. L L.
Ioannes de Minoliis Gallus, Clem.V L L. Antipapa.
Henricus Minutolus Neapolitanus, Bon.I X.
Nicolaus Miscinus Neapolit.ord.Prædic.Vrb.V L.
Galhardus de Mola, Gallus, Io. X X L L.
Ioannes Monachi, Gallus, Cœlest. V.
Hugo Rogerij Monstrius, Gallus, Clemens V L.
Petrus Rogerij Monstrius, Gallus, Bened.X L L.
Petrus Rogerij Monstrius, Gallus, Clemens V L.
Petrus de Monte acuto, Clem.V L L. Antipapa.
Gregorius de Monte Carello, Clem. III.
Bertrandus de Monte Fauentio, Ioannes X X L L.
Gentilis de Monte Floris, ord. Minorũ, Bon.V L L L.
Guido de Monte Forti, Gallus, Clem.VI.
Hugo de Monte Longo, Gallus, Gregorius X L.
Arnaldus de Monte Maiori, Vrb. V.
Antonius de Monte S.Sabini Tuscus, Iulius L L.
Christophorus de Monte S.Sabini, Iulius L L L.
Innocentius de Monte S.Sabini, Iul.III.
Ioannes Maria de Monte S.Sabini, Paulus L L L.
Petrus de Monturuco, Innoc.V L. Vice-

Otho de Castillione, Gallus, Monachus Clun.Greg.V I I.
Otho Gallus, Episcopus Ostiensis, Vrbanus I I.
Otho tt.Pastoris, Pasch.I I.
Otho S.Georgij in Velabro, Inn.I I.
Otho Brixianus, Eug.I I I.
Otho de Castro Rodulphi, Gallus, Innoc.I I I I.
Otho Episcopus Dertusensis, Fel.V. Antipapa.

P

Petrus Pætus Anglus.
Theodorus Palæologus, Paulus I I.
Antoniottus Palauicinus Genuen. Innoc.V I I I.
Io. Baptista Palauicinus Genuensis, Leo X.
Andreas Matthæus Palmerius, Neapolit.Clem.V I I.
Stephanus Palosius Rom.Vrb.V I.
Antonius Pancerinus Foroiuliensis, Ioannes X X I I I.
Nicolaus Pandolphinus Pistoriensis, Leo X.
Pandulphus Pisanus, Luc.I I I.
Cinthius de Papa Rom.Hadr.I I I I.
Gregorius de Papa Canon. Regul. Vrbanus I I.
Gregorius de Papa Rom.Innoc.I I.
Rollandus Papono Senensis, Eug.I I I.
Ioannes Paparonus Rom.Eug. I I I.
Papinianus Episcopus Parmen.Vicecancellarius.
Ascanius Parisianus Tolentinas, Paulus I I I.
Stephanus de Parisiis, Gallus, Vrb.V.
Petrus Paulus Parisius Consentinus, Paulus I I I.
Siluius Passerinus Cortonensis, Leo X.
Pastor de Albenaco, Gallus, ord. Minorum, Clem.V I.
Petrus Patciecus Hispan.Paul.I I I.
Philippus Patha de Cabassole, Gallus, Vrb. V.
Paulus Primicerius, Clem.I I I.Antip.
Paulus Presbyter tt.S.Xysti, Vrb.I I.
Pelagius Episcopus Card. Albanus, Innoc.I I I.
Arnaldus de Pelagrua, Gallus, Clem.V.
Bonauentura de Peraga Patauin. ord. Eremit.Vrb.V I.
Raimundus Peraululi Sanctonen. Alexand.V I.
Petrus Peregrossus, Mediolanen.Nicol. I I I I.Vicecancell.
Ricardus Petronus Senensis, Bon.VIII.
Alphonsus Petruccius Senen.Iul.I I.
Raphael Petruccius Senen.Leo X.
Petrus S.R.E.Cancellarius, & Bibliothecarius, Leo I X.
Petrus Episcopus Card. Tusculanus, Leo I X.
Petrus Romanus, Alex.I I. Greg.V I I. Cancellarius.
Petrus Episcopus Portuen. Clem. I I I. Antipapa.
Petrus Presbyter Card.Clem.I I I.Antipapa.
Petrus tt.Equitij, Vrb.I I.
Petrus Episcopus Portuensis, Paschalis I I.
Petrus Pisanus, Pasch.I I.
Petrus Diacon.Card. S. Hadriani, Paschal. I I.
Petrus Petrileonis Romanus, Pasch.I I.

Mart.V.
Ardicinus Iunior de la Porta, Inn.VIII.
Franciscus Prægnanus Neapolit. Vrb. VI. Vicecancellarius.
Antonius de Prato, Abbas Fiscanensis, Leo X.
Antonius de Prato, Gallus, Clem. VII.
Petrus de Prato, Gallus, Io.XXII. Vicecancellarius.
Presbyter tt. Pastoris, Presbyter Card. Innoc. II.
Antonius Puccius Florent. Clem. VII.
Laurentius Puccius Florent. Leo X.
Robertus Puccius Florent. Paul. III.
Iacobus Puteus Niciensis, Iul. III.

Q

Franciscus Quignones Hispanus, ord. Minorum, Clem. VII.

R

R.... S. Eustachij, Greg. IX.
Ioannes Raimundi, Gallus, Io.XXII.
Raimundus S. Mariæ in uia Lata, Hadrian. IIII.
Raimundus Vebensis, Gallus, Io. XXII.
Rainaldus Abbas Caßinensis, Cœl. III.
Rainaldus Cancellarij uicem agens, Innoc. III.
Rainaldus pro Cancellario, Inn. III.
Rainerius tt. S. Priscæ, Innoc. II.
Rainerius S. Hadriani, Alex. III.
Rainerius Papiensis, Alex. III. Luc. III.
Rainerius prior S. Fridiani, Vicecancellarius primus Honor. III.
Rainerius ord. Prædicat. Vicecancellarius, Greg. IX.
Rainus tt. SS. Marcellini & Petri, Paschal. II.
Dominicus Ram Hispanus, Martin. V.
Eugen. IIII.
Gabriel Rangonus Mutinensis, ord. Minorum, Xyst. IIII.
Hercules Rangonus Mutinen. Leo X.
Scipio Rebiba Siculus, Paul. IIII.
Reginerus Bleranus Tuscus, Monach. Cluniacen. Greg. VII.
Franciscus Remolinus, Valentinus Hispanus, Alex. VI.
Nicolaus de Ressa, Gallus, Clem. VI.
Ioannes Reumanus Vasco, Gallus, Paulus IIII.
Arditio Reuoltella Mediolanensis, Eugen. III.
Petrus Riarius Sauonensis, ord. Minorum, Xystus IIII.
Raphael Riarius Sauonen. Xyst. IIII.
Ricardus Gallus, Abbas S. Victoris Massiliæ, Alex. II.
Ricardus Episcopus Card. Albanus, Paschalis II.
Ioannes Riccius Politianensis, Iul. III.
Risus Presbyter Card. tt. Damasi, Vrban. II.
Ribaldus Episcopus Mutinen. Inn. II.
Ademarus Roberti Lemouicensis, Clemens VI.
Robertus Pastensis, Vrb. II.
Robertus tt. S. Clementis, Callist. II.
Robertus S.R.E. Cancellarius, Inn. II.
Robertus tt. S. Stephani in Cœlio monte, Innoc. III.
Robertus Monach. Cistertien. Cœl. V.
Robertus Anglus, Io.XXIII.
Robertus Britto, Iulius II.
Andoinus de Roca Abbas Cluniacensis, Innoc. VI.
Rodulphus Episc. Ortanus, Innoc. II.

S

V

Valentinus Hungarus, *Vrb.* V I.

Petrus Valerianus *Priuernas*, Bonif. V I I I. *Vicecancellarius.*

Andreas de Valle, Romanus, Leo X.

Valranus *Episcopus* Traiectensis, *Felix* V. *Antipapa.*

Stephanus de Varada, Hungarus, *Paulus* I I.

Lodouicus de Varambone, *Fel.* V. *Antipapa*, *Nic.* V.

Vass. . . . Diaconus S. *Mariæ in* Aquiro, *Innoc.* I I.

Fortanerius Vasselli, Gallus, *ord. Min. Innoc.* V I.

Octauianus Vbaldenus *Florentinus*, *Innoc.* I I I I.

Vbaldus *Episcopus Card. Sabinus*, *Alexand.* I I.

Vbaldus *tt.* Pammachij, Innoc. I I.

Vbaldus *S. Mariæ in uia lata*, Inno. I I.

Vbertus Tullensis, Gallus, Monach. Leo I X.

Vbertus *Episcopus* Card. *Prænestinus*, *Alexand.* I I.

Bernardus Vbertus Florenti. *Monach. Vrb.* I I.

Vbertus *tt.S. Sabinæ Pasch.* I I.

Vbertus *tt.S. Clementis* Honor. I I.

Vbertus *tt.* Damasi, Luc. I I I.

Vuenceslaus *Episcopus* Vratislauiensis, *Vrban.* V I.

Antonius Iacobus Venerius *Recanaten.* Xyst. I I I I.

Ioannes de Veneur *Gallus*, *Clem.* V I I.

Antonius Veneriz *Hispan.* Hon. X I I I. *Antipapa.*

Ioannes Vera *Valentin.* V I.

Hieronymus Verallus Romanus, *Paulus* I I I.

Guillelmus de Vergego, Gallus, *Clem.* V I I. *Antipapa.*

Petrus de Verucho, Gallus, Greg. X I.

Arnaldus de Veza *Caturcē.* Ioa. XXII.

Iacobus de Veza, Gallus, Ioann. X X I I.

Vibianus *tt.S. Stephani in Cœlio mōte.*

Ioannes Vicecomes *Placentinus*, *Gregor.* X.

Ioann. Vicecomes Mediolan. Nicol. V. *Antipapa.*

Vicedominus *de* Vicedominis *Placentin.* ord. Min. *Greg.* X.

Guillelmus Raimundus Vich. Leo X.

Thomas de Vio *Caietanus*, *ord. Præd. Leo.* X.

Vincentius *Episcopus* Portuensis, *Paschal.* I I.

Vincentius *Polonus*, *Fel.* V. *Antipapa.*

Villanus *tt.S. Stephani in Cœlio mōte*, *Lucius* I I.

Carolus de Viries, *Bened.* X I I I. *Antipapa.*

Iacobus de Viss. . . *Clement.* V I I. *Antipapa.*

Raimundus de Viss. . . *Clem.* V I.

Vitalis *Episcopus Card. Albanus*, *Pasch.* I I.

Ioannes Vitelleschus *Cornetanus*, *Eugen.* I I I I.

Vitellus *SS. Sergij & Bacch. Alex.* I I I.

Vitellotius Vitellus *Tiphernas*, *Paulus* I I I I.

Iacobus de Vitriaco *Canon. Regul. Greg.* I X.

Thomas Vlcer *Anglus*, Leo X.

Vldaritus *tt.Pammachij*, *Honor.* I I.

ONVPHRII PANVINII VERONENSIS FRATRIS EREMITÆ AVGVSTINIANI,

DE EPISCOPATIBVS, TITVLIS, ET DIACONIIS CARDINALIVM, LIBER;

AD ALEXANDRVM FARNESIVM DIACONVM Cardinalem, & Sanctæ sedis Apostolicæ Cancellarium.



VVM ad primæ totius instituti mei partis finẽ deuenerim Alexander Cardinalis amplißime, conueniẽs esse existimaui, ut de Episcopatibus, Titulis, & Diaconijs Cardinalium, de quibus abunde in libro quem de eorum origine scripsi uerba feci, quàm breuißime dissererem, quod in hoc libro sæpius repetantur; idemq́; titulus quum duobus uel interdum tribus uariatis nominibus uocitetur, necessaria distinctione ut confusio euitetur opus habeat. Res denique maxime huic parti consentanea erit, quæ de Cardinalibus præcipue est. Et quoniam tres Clericorum ordines, Cardinalium sibi cognomen assumpsere, in eis explicandis temporum ordinem sequi decreui; quum enim primo Presbyteri, mox Diaconi, & longo tempore post Episcopi Cardinales appellari cœperint; primo loco de Presbyteris & eorum titulis, deinde de Diaconis, & eorum Diaconiis, postremo de Episcopis & eorum Episcopatibus uerba faciam.

Tituli igitur erant templa, uel ut nunc dicitur, ecclesiæ, siue loca sacra in sanctorum honorem aut memoriam erecta, & per Vrbis regiones a Romanis Pontificibus antiquitus distincta, in quibus animarum cura a Presbyteris in eis commorantibus habebatur. Quibus qui præerant Presbyteri appellabantur Cardinales; hoc est principales, similitudine a quatuor uentis Cardinalibus, id est ut ait Seruius super Virgilium, principalibus, deducta. Quum enim in unoquoque titulo plures essent clerici, qui sacramenta populis exhiberẽt, uel exhibẽtibus præsto essent, ut Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri, is qui omnibus præerat Presbyter a ceteris clericis illius tituli, uel à Romano Pontifice creatus, dicebatur Cardinalis, quod omniũ dignior principalior' ue esset in eo titulo cõmorantium, ceterosq́; clericos regeret uel gubernaret in titulo sibi cõmisso uiuentes. De quorum origine breuißime tractaturus, res est paulo altius repetenda. Quum Beatißimus Apostolorum princeps Petrus Catholicæ Romanæ Ecclesiæ Pontifex primus, sacerdotio in Orientalibus ecclesiis, præcipueq́; Hierosolymis, & Antiochiæ rite instituto, in

urbem Romanam ecclesiam fundaturus uenisset, ex omni fidelium multitudine, præcipuisq; nostræ religionis cultoribus, uiros quosdam seniores, bonum testimonium ab his qui foris sunt habentes, plenosq; Spiritusancto, & sapientia, spectatæ fidei, & raræ probitatis, Hierosolymitanæ, ceterarumq; ecclesiarum Orientalium more delegit, (hi clerici appellati sunt) quos per manuum impositionem partim Presbyteros, & partim Diaconos consecrauit; quorum opera Pontifex ipse, siue episcopus Romanus in instruenda crescente tunc ecclesia uteretur, quum ei tot millibus hominum ad fidem Christi quotidie uenientium consulere non esset integrum. Porro autem Presbyterorum & Diaconorum munia, ut pro se quisque suum officium & nosceret & impigre faceret, diuidere in primis conducibile uisum fuit. Itaque summam rerum, animarum scilicet curandarum negocium Presbyteris cōmisit, ut sacramenta ecclesiastica plebi Dei administrantes, orationi & ministratio uerbi cum Episcopo uacarent. Diaconis autem uiduarum, pupillorum, & reliquorum pauperum fidelium subueniendorum curam demandauit; eisq; iniunxit ut Presbyteris quoq; sacra facientibus præsto essent. Quorum omniū numerus quum prius modicus & incertus esset, ei modum statuere Cletus & Euaristus Romani Pōtifices. Cletus .n. (ut auctor est ex Damaso Bibliothecarius) Presbyteros ad certum numerum redegit. Euaristus uero Apostolorum more ad septenarium numerum Diaconos in Ecclesia Romana auxit, quibus etiam iniunxit ut Episcopum prædicantem propter stylum ueritatis custodirent. Porro autem ne Presbyterorum administratio in promiscuo esset, idem Euaristus, qui tertius post beatum Petrum Apostolum Romanus Poutifex fuit, circa annum a Christo nato centesimum, titulis (uel ut nunc diximus) parœcias in urbe Roma ipsis Presbyteris diuisit, ut singuli à se inuicem secreti in sua Vrbis regione titulo uel parœcia confusionis tollendæ causa, diuina mysteria populum erudientes, sacramenta Dei omnibus ad se uenientibus fidelibus exhiberent; singulosq; Presbyteros in unoquoque titulo posuit: sufficere enim tum uisum est is numerus propter credentium paucitatem. Verum non longe post fidelium quotidie crescentium multitudine permotus Hyginius Romanus Pontifex, quum tot credentibus non sufficerent hi, plures in unoquoque titulo quum clericos tum Presbyteros esse uoluit. Hinc autem Presbyterorum Cardinalium, nomen manasse crediderim, ut is uidelicet esset Presbyter Cardinalis .i. principalis, qui ceteris Presbyteris eiusdem Tituli, (quos plures ab Hyginio factos fuisse dixi, quum prius unus tantum per singulos titulos Presbyter fuisset) præesset: satis enim constat aliquot annis post, ante etiam S. Siluestri Papæ tempora Cardinalis nomen in Romana Ecclesia usurpari cœptum fuisse; quod non nisi ex Hyginij instituto oriri potuit, quum antea eo nomine uti opus non esset, quod non nisi unus per singulos titulos Presbyter fuisset. Post Hyginij tempora in Presbyterorum Romanorum titulis, nullam mutationem factam inueni usque ad

Dionysii Papæ Pontificatum. Nam circa annum Christi CCLX. *Dionysius* XXV. *post Petrum Apostolum Pontifex Romanus, Euaristi exemplum sequutus, quum iam religio Christiana mirum in modum in urbe creuisset, denuo titulos uel parœcias in urbe Roma, quum eas ampliasset, Presbyteris diuisit, ipsasq; quo quisque suis finibus limitibusq; continerentur distribuit, pluribus per singulas ut Hyginius fecerat Presbyteris constitutis, Presbyterorum quoque Romanæ Ecclesiæ, curæ, cœmeteria adiunxit, quæ quum plura essent, ea inter Presbyteros distribuit gubernãda, ut Martyrum sepulturis consultum esset. Verum non longe post circa annum Christi* CCCV. *Marcellus* XXIX. *post Petrum Apostolum, Romanus Episcopus, titulos urbis Romæ ab Euaristo antiquitus, & primo Presbyteris datos, numero limitauit decreto statuens* XV. *in urbe Roma quasi Diœceses esse ad Baptismatis commoditatem, eorumq; opportunitatem, qui ad fidem ex gentibus quotidie ueniebant, quin ut etiã Martyrum sepulcris consuleretur, ut auctor est ex Damaso Bibliothecarius; titulos autem Romanos siue parœcias cessantibus persequutionibus adauxere, Presbyterosq; plures in singulis constituere, Siluester qui titulũ Equitij; Marcus qui titulum S. Marci; Iulius, qui titulum S. Mariæ Transtiberim liberius; Damasus qui titulum S. Laurentij; Siricius, Anastasius, Innocentius qui titulum Vestinæ, fecerunt, & reliqui Pontifices Romani. Quum enim primo infinita Gentilium multitudo, mox urbs & Italia omnis fidem Christi suscepisset, non sufficientibus* XV. *Titulis, nec his qui in eis residebant Presbyteris, tum ob necessitatem, tum ad urbis & Romanæ Ecclesiæ ornamentum, & maiestatem, & Titulorum & Presbyterorum in unoquoque titulo numerus auctus est, factiq; sunt tituli* XXVIII. *quem numerum nunquàm excessisse usque ad nostra tempora satis constat, & paulo post explicabo. Qui omnes quum Ecclesiæ essent uel templa Diuis dicata nomen, sortiti sunt uel a sanctis quibus dedicati erant, ut S. Chrysogoni, S. Cæciliæ, S. Anastasiæ, S. Marci, & similium: uel ab eis hominibus qui ipsos erexerunt, ut Callisti, Damasi, Equitij, Pastoris, Vestinæ, Eudoxiæ, Lucinæ, Pammachij, & similium. Porro autem* XXVIII. *Titulorum numerum circa Innocentij primi, uel Zosimi Papæ tempora expletum fuisse multis coniecturis, & rationibus ductus, crediderim. Neque enim facile post Zosimum Papam inueniri potest, aliquem Romanorum Pontificum titulum quendam nouum addidisse, sed eos uel mutasse uel restituisse, aut exornasse tantum inuenitur. Veteres autem* XXVIII. *tituli, qui ante millesimum & centesimum ab hinc annum in urbe fuerunt, quos tam ex actionibus synodi Romanæ sub Symmaco Papa celebratæ, quam ex Anastasio Bibliothecario excepi, sunt hi,*

1 *Titulus S. Iulij, alias S. Callisti, alias SS. Iulij & Callisti, alias Callisti, alias S. Mariæ Transtiberim.*

2 Titulus S.Chrysogoni Transtiberim.
3 Titulus S.Cæciliæ Transtiberim.
4 Titulus S.Anastasiæ sub Palatio.
5 Titulus Damasi,alias SS.Laurentij & Damasi,alias S.Damasi,alias S. Laurentij in Damaso.
6 Titulus S.Marci ad Palatinas.
7 Titulus Equitij,alias S.Siluestri,alias SS.Siluestri & Martini,alias S.Martini in montibus.
8 Titulus S.Sabinæ in monte Auentino.
9 Titulus S.Priscæ in monte Auentino,alias SS.Aquilæ & Priscæ.
10 Titulus S.Crescentianæ.
11 Titulus Fasciolæ.
12 Titulus S.Caij.
13 Titulus S.Marcelli.
14 Titulus S.Susannæ ad duas domos,alias SS.Gabinij & Susannæ.
15 Basilica SS.XII.Apostolorum,alias Titulus SS. Apostolorum Philippi & Iacobi. uerum hæc ecclesia posterioribus temporibus sola inter has XXVIII. Basilica,non titulus dicta est.
16 Titulus S.Cyriaci in Thermis Diocletiani.
17 Titulus S.Eusebij.
18 Titulus Pastoris,alias S.Pudentis,alias S.Pudentianæ.
19 Titulus Vestinæ,alias S.Geruasii & Protasii,alias S.Vitalis.
20 Titulus S.Matthæi in Merulana.
21 Titulus S.Clementis.
22 Titulus S.Praxedis.
23 Titulus Eudoxiæ,alias S.Petri ad uincula.
24 Titulus Lucinæ,alias S.Laurentij in Lucina.
25 Titulus S.Æmilianæ.
26 Titulus S.Nicomedis.
27 Titulus Pammachij,alias SS.Ioannis & Pauli.
28 Titulus Tigride.

Inuenitur quoque sub Innocentio Papa primo,titulus Byzantij in urbe Roma, sed uel idem est cum aliquo supradictorum,quos multis nominibus uocari uidemus, uel tituli dignitatem amisit,ut plerisque alijs titulis accidit, atque in eius locum forte factus fuit titulus Vestinæ,alias S. Vitalis, qui ab eodem Papa Innocentio primo institutus est; ut in eius uita auctor est Bibliothecarius.Qui autem Romanorum Pontificum,qui soli in urbe Roma erigendi uel transferendi titulos ius habebant,unumquemque ex supradictis,uel post dicendis titulis erexerint, explica-

ui in eo libro quem de Vrbis Basilicis & Eclesiis conscripsi. Quum uero non nisi XXVIII. *tituli fuerint, totidem quoque Cardinales Presbyteri, & neque plures neque pauciores fuisse necesse fuit. si enim hi tantum Presbyteri qui titulis præerant Cardinales appellabantur, titulisq; tantum* XXVIII. *Romæ erant, totidem quoq; esse Cardinales Presbyteros oportebat. Quod etiam fuisse ex multis locis satis constat, quibus liquet Cardinales Presbyteros semper numero quodam certo, & limitato fuisse, uidelicet* XXVIII. *Id autem speciatim declarauit Pandulphus Pisanus, subdiaconus Apostolicus, qui uitas Romanorum Pontificum scripsit, in electione Gelasii Papæ* II. *Durauit autem hæc consuetudo ut Cardinales Presbyteri* XXVIII. *essent usque ad Honorij Papæ* II. *tempora, & Annũ Christi* MCXXV. *quo tempore id obseruari desitum: quod qua ratione factum fuerit alibi explicabitur.*

Ceterum omnes superius relati XXVIII. *tituli, septem exceptis nostris adhuc temporibus extant. Eos enim septem circa Gregorij Papæ primi tempora, siue paulo ante, uel obsoleuisse, titulosq; esse desiit, uel aliquos ex eisdem mutatis nominibus cum his aliis septem necesse est; Desunt enim titulus S. Crescentianæ*

Titulus Fasciolæ

Titulus S. Caij

Titulus S. Matthæi in Merulana

Titulus S. Æmilianæ

Titulus S. Nicomedis, &

Titulus Tigride.

Pro quibus in actione synodi Romanæ sub Gregorio Papa I. celebratæ, & apud Anastasium Bibliothecarium hos septem repositos fuisse inueni,

Titulum S. Balbinæ in monte Auentino

Titulum SS. Nerei & Achillei

Titulum S. Xysti

Titulum SS. Marcellini & Petri

Titulum S. Crucis in Hierusalem

Titulum S. Stephani in monte Cœlio, &

Titulum SS. quatuor Coronatorum.

Qui XXI. *prioribus adiuncti,* XXVIII. *numerum explent, quique omnes uno excepto nostra adhuc ætate extant. Deest.n. Titulus S. Cyriaci in Thermis Diocletiani, qui quum præ uetustate corruisset, eo templo solo æquato Titulus a Xysto* IIII. *ad Ecclesiam SS. Quirici & Iulitæ translatus est, ubi & nunc quoque manet.*

Ceterum cur tantum XXVIII. *Tituli, & non plures neq; pauciores simul instituti fuerint, operæ precium erit explicare, huicq; instituto maxime consen-*

taneum, quum hæc res mysterio non uacet.

Veteres Romani Pontifices, ut habetur ex libro Cameræ Apostolicæ, qui appellatur Prouincialis, quinque in urbe Roma maiores & præstantiores Basilicas, uel iam fabricatas eligentes, uel nouas fabricantes eas Patriarchales Ecclesias, palatiaq; illis adiuncta Patriarchia appellauerunt, quæ fuerunt

Basilica Lateranensis, quæ & Constantiniana, alias S. Saluatoris, alias S. Ioannis appellata est.

Basilica S. Petri in Vaticano.

Basilica S. Pauli extra muros urbis uia Ostiensi.

Basilica S. Mariæ maioris alias ad præsepe, &

Basilica SS. Stephani, & Laurentij extra muros urbis, uia Tiburtina.

Quod etiam refert Ioan. Monach. in C. Fundamenta de elect. in VI. his duobus uersiculis,

Paulus, Virgo, Petrus, Laurensis atque Ioannes,
Hi Patriarchatus nomen in urbe tenent.

Quod cur fecerint, duplex caussa refertur. Prima, quod hæc quinque sedes patriarchales, pro quinque præcipuis orbis patriarchis, honoris gratia fuerint institutæ, uno uidelicet indigena, & quatuor aduenis; Romano, qui Laterani; Constantinopolitano, qui ad S. Petrum; Alexandrino, qui ad S. Paulum; Antiocheno, qui ad S. Mariam maiorem; & Hierosolymitano, qui ad S. Laurentiū residerent: quoties enim contigisset Generalia concilia in urbe celebrari, ad quæ accedere Patriarchæ ipsi tenebantur, uel Patriarchas ipsos pro arduis Reipublicæ Christianæ negociis diffiniendis ad urbem accedere, eorum unusquisque sedem, Palatium uidelicet, & Ecclesiam, tanquam in natali solo, uel prouincia sua Romæ haberet præcipuam, quum Vrbs ipsa communis totius orbis patria appelletur. Altera ratio qui mihi longe uerisimilior uidetur, est, ut per hæc demonstraretur, Patriarcham, siue Pontificem Romanum (qui & ipse aliquando Patriarcha appellatus est) tanquā caput & principem totius orbis Ecclesiarum, alios Patriarchas, qui singillatim per suas diœceses totum orbem Christianum regunt & gubernant, subditos habere, ac aliis omnibus sedibus Patriarchalibus præesse, ut Ecclesiæ ipsius uniuersalis unitas demonstraretur; per quinque enim Ecclesias Patriarchales uidentur quòd urbes & Romana Ecclesia quinque Patriarchas ipsos, uidelicet Romanum, Constantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, & Hierosolymitanum, & per consequens uniuersum orbem repræsentet, & ad eius composita fuerit exemplar, quum eas in urbe habeat sedes Patriarchales, quæ sunt in uniuerso orbe terrarum. Posset demum & tertia eiusmodi rei afferri caussa superiori non absimilis; Ecclesiam Lateranensem (quæ & Romana dicitur) uniuersum orbem Christianum

num significare, & eum qui est eius Episcopus Episcopum quoque esse totius orbis Christiani, per reliquas uero quatuor sedes quatuor orbis partes designari, uidelicet Orientem, Occidentē, Septentrionem, & Meridiem, quodq; sicut Papa uel Basilica Lateranensis, his quatuor aliis Basilicis, uel in eis sedentibus, praeest, Basilicaeq; Lateranensis membra sunt, sic etiam Papa toti orbi praesit Christiano, quam rem ita esse colligitur ex antiqua pictura, quae fuit in Lateranensi patriarchio his simulachris expressa. Ex his autem Basilicis, Lateranensis, alias sancti Saluatoris, quae & Constantiniana appellatur, prima est, Romanam Ecclesiam repraesentans, ipsaq; est Romani Pontificis sedes, ubi ipse olim in Patriarchio iuxta eandem Ecclesiam fabricato per mille annos commoratus est, uidelicet usque ad Clementis V. Pontificatum, qui in Galliis Romanam curiam transtulit, post cuius ad orbem reductionem sub Gregorio XI. Romani Pontifices, nequaquam amplius Laterani, sed in Patriarchio prope S. Petrum permansere. Basilicae igitur Lateranensi propter suam & Episcopi Romani supremam excellentiam septem Episcopi ex circumuicinis ciuitatibus assignati sunt, qui suis statis solennibusq; diebus, singuli coram Romano Pontifice in eadem Basilica celebrarent diuina mysteria, uel Pontifici celebranti assistentes essent, atque ob eam caussam postea Episcopi Cardinales. i. principales, quod huic Ecclesiae & Romani Pontificis ministerio ascripti essent, appellari coeperunt, quod quo tempore factum fuerit, paulo post exponam. Sunt autem hi VII.

Episcopus Cardinalis Ostiensis, qui solus ob consecrationem Rom. Pontificis quae ad eum pertinet, inter omnes Episcopos, in ipsa consecratione pallio utitur, cui Ecclesiae unita fuit Ecclesia Veliterna.

Episcopus Card. Portuensis.

Episcopus Card. SS. Rufinae & Secundae, alias Siluae candidae.

Episcopus Cardinalis Sabinus.

Episcopus Cardinalis Praenestinus.

Episcopus Cardinalis Tusculanus.

Episcopus Cardinalis Albanus.

In hac autem Basilica, qui uices Papae ageret, antiquitus erat Prior cum Canonicis Regularibus ordinis S. Augustini, nunc habet Archipresbyterum, qui est Cardinalis & Canonicos saeculares, ibidem à Bonifacio VIII. Papa, pulsis regularibus constitutos.

Secunda Basilica Patriarchalis, Orientis uel Ecclesiae Constantinopolitanae typum gerens, est Basilica S. Petri in Vaticano, quae habet Archipresbyterum, qui est Cardinalis, & Canonicos saeculares, cuius ministerio, eadem ratione, qua & Basilicae Lateranensi assignati sunt septem Presbyteri Cardinales,

quod minoris dignitatis esset, quàm Basilica Lateranensis, in qua erant Episcopi; fuerunt autem

Presbyter Cardinalis Tituli S. Mariæ Transtiberim

Presbit. Card. tt. S. Chrysogoni

Presbyt. Card. tt. S. Ceciliæ

Presbyt. Card. tt. S. Anastasiæ

Presbyt. Card. tt. S. Laurentij in Damaso

Presbyter Cardinalis Tituli S. Marci

Presbyt. Card. tt. S. Martini in Montibus

Tertia Basilica Patriarchalis, Occidentem uel Ecclesiam Alexandrinam repræsentans, est Basilica S. Pauli Apostoli extra muros urbis uia Ostiensi, quæ pro Rectore habet Abbatem & Monachos ordinis S. Benedicti, cuius Ecclesiæ ministerio, ob eandem causam, qua & Lateranensi, & S. Petri Basilicis VII: alii assignati sunt Presbyteri Cardinales, qui fuerunt

Presbyt. Card. tt. S. Sabinæ

Presbyter Cardinalis tt. S. Priscæ

Presbyt. Card. tt. S. Balbinæ

Presbyt. Card. tt. SS. Nerei & Achillei

Presbyt. Card. tt. S. Xysti

Presbyter Cardinalis tt. S. Marcelli

Presbyter Cardinalis tt. S. Susannæ

Quarta Basilica Patriarchalis, Septentrionem uel Ecclesiam Antiochenam designans, est Basilica S. Mariæ Maioris, quæ habet Archipresbyterum, qui est Cardinalis, & Canonicos sæculares, cuius obsequio assignati sunt hi VII. alii Presbyteri Cardinales. uidelicet

Presbyter Cardinalis Basilicæ SS. XII. Apostolorum

Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis

Presbyt. Card. tt. S. Eusebij

Presbyt. Card. tt. S. Pudentianæ

Presbyt. Card. tt. S. Vitalis

Presbyt. Card. tt. SS. Marcellini, & Petri

Presbyt. Cardinalis tt. S. Clementis

Quinta Ecclesia Patriarchalis est Basilica S. Laurentij extra muros uia Tiburtina Meridiem uel Hierosolymitanam Ecclesiam referens, quæ olim habebat Abbatem & Monachos, nunc est in commenda, habetq; Canonicos Regulares S. Saluatoris de Scopeto, cuius obsequijs in missis celebrandis assignati fuerunt hi VII. reliqui Presbyteri Cardinales, uidelicet

Presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis

Presbyt.Card.tt.S.Petri ad Vincula
Presbyter Card.tt.S.Laurentii in Lucina
Presbyt.Card.tt.S.Crucis in Hierusalem
Presbyt.Card.tt.S.Stephani in monte Cœlio
Presbyt.Card. tt.SS.Ioannis,& Pauli
Presbyt.Card.tt.SS.quatuor Coronatorum

Si igitur singulis ex his quatuor Basilicis Patriarchalibus VII.*Presbyteri Cardinales assignentur,necessario erunt* XXVIII.*Presbyteri Cardinales,quibus si addantur* VII.*Episcopi,erunt* XXXV. *Cardinales sacerdotes. Hæc itaque ratio est cur non nisi* VII.*Episcopi Cardinales,&* XXVIII. *Presbyteri fuerint,quum non nisi totidem fuerint Episcopatus & Tituli Cardinalium;cur autem non nisi* XXVIII.*Tituli fuerint uisum est.De Diaconis autem qui & ipsi numero quodam certo & limitato erant,uidelicet* XVIII. *suo loco uerba faciam.*

Perdurauit autem sic XXVIII.*Presbyterorum Cardinalium integer numerus,ut habetur ex Pandulpho Pisano in uita Gelasii* II. *usque ad Honorij Papæ* II.*tempora, annumq; Christi* MCXXV.*quo tempore religiosus hic ordo paulatim labefactari cœpit, morientibus enim Cardinalibus Presbyteris, tunc primum Titulis ipsis suo Rectore orbatis,per Pontificem de nouo Presbytero Cardinali prouideri desitum,neque ut antiquitus consuetudo erat, statim in defuncti locum alter amplius non subrogabatur Presbyter Cardinalis,quare factum est,ut sensim numerus Presbyterorum Cardinalium decrescere cœperit,& adeo diminutus paulatim est,ut aliquando tempus fuerit, in quo non nisi duo Presbyteri Cardinales uiuentes in collegio essent, ut sub Alexandri Papæ* III.*obitu,& creatione Vrbani* III. *Cur autem Honorius ipse* II. *id primum cœperit, & eius exemplum sequentes Romani Pontifices imitati sint,causa hæc fuit.Sub prædecessore Honorii* II. *uidelicet Callisto* II.*pax inter Romanam Ecclesiam & Imperium sub Henrico* V.*post longissimum dissidium, & multa schismata ob sacerdotiorum inuestituras exorta, reformata fuerat,in qua inter cetera multa cautum fuit,ut Romani Pontificis electio ad Cardinales, Clerumq; urbanum pertineret, neque amplius Imperatores ius aliquod,ut hactenus habuerant, haberent in Romanorum Pontificum creationibus.* *Quumq; ob Cardinalium multitudinem,pleraque schismata in nouis Romanorum Pontificum creationibus orirentur (nondum enim lex instituta erat de duabus partibus Cardinalium,)hoc malum repressuri Romani Pontifices,Cardinalium numerum paulatim diminuere cœperunt, & qui prius additis* XVIII.*Diaconis certus & determinatus erat, uidelicet quinquaginta trium,sensim dilabi & ad incertum numerum reduci cœpit, primo enim ex*

L I I I.*sub* Innocentio I I.*uel* Cœlestino I I. X L.*esse cœperunt,mox* XXXV. *deinde* X X X.*postea* X X V.*ad hæc* X X.*post* X V.*uel* X.*postremo(ut dixi) ad eam paucitatem aliquando redacti sunt,ut non essent nisi* V I I. *Cardinales uiuentes,uidelicet tres* Presbyteri *& quatuor* Diaconi*, ut quando creatus fuit* Nicolaus Papa I I I. *Etenim Cardinalium numerus usque ad id tempus, quo pauciores Cardinales nunquam fuerunt,diminui non desiit;post quod sensim augeri cœpit,ut essent* XV.*post* X X.*ut sub* Bonifacio V I I I. *Auinione deinceps eorum numerus iterum crescere cœpit, nunquam tamen usque ad* Xysti I I I I.*Pontificatum* X X X.*numerum attigerunt.Præsertim quum in* Concilio *Constantiensi cautum fuerit,ne plures quàm* X X I I I I. *Cardinales uiuentes simul essent*. Primus Papa Xystus I I I I. *nulla habita ratione decreti concilii* Constantiensis *Cardinalium numerum, supra omnes prædecessores suos maxime ampliauit;cuius exemplum optime sequutus est* Alexander Papa V I.*Nullus tamen horum* Pontificum *antiquum* L I I I.*numerum excessit, ut essent uidelicet* Cardinales *plures quàm* L I I I.*quũ nec eũ numerũ attigerint.*
Sed omnium Romanorum Pontificum *primus fuit* Leo X.*qui antiqui instituti ratione non habita magna illa* X X X I.*Cardinalium creatione,ueterem & antiquum atque à nullo unquam* Romanorum Põtificũ *excessum numerum* L I I I. *longe superauit.Nam sub* Leone X. *plus minus* L X V. *Cardinales simul uiuentes fuerunt,quod nunquam alias contigerat post fundatam* Romanam Ecclesiam.*eius exemplum sequuti sunt* Paulus I I I.*et qui nunc uiuit* Paulus IIII. *prior enim ad* L X I I I. *numerum Cardinales auxit,sequens ad* L X X. *quẽ quoque numerum nunquam præterea fuisse satis constat.Quum igitur* Presbyteri *Cardinales numerum illum* X X V I I I. *excesserint, nouis titulis opus fuit,ut nouis illis tribuerentur Cardinalibus,qui* X X V I I I. *numerum excesserant,qui per diuersos* Pontifices *facti sunt. Quod etiam ob aliam rationem facere coacti sunt* Romani Pontifices. *In* Romana *enim* Ecclesia *abusus inoleuit,ut unus Cardinalis duo aliquando habuerit sacerdotia Cardinalitia*. Hoc *autem præsertim* Episcopi Cardinales *fecerunt, qui* Episcopi *facti priorem* Titulum *uel* Diaconiam,*quam ante quam essent* Episcopi *creati,habebant,retinuerint,qui abusus ut pleraque alia post* Eugenij I I I I.*tempora, & præsertim sub* Xysto I I I I. *originem habuit.*Iulianus *enim eius nepos* Episcopus Cardinalis Ostiensis *factus,*Titulum S. Petri ad Vincula *retinuit;* Marcus Barbus Episcopus Prænestinus *factus,titulum* S. Marci *non dimisit*. Idem *fecerunt* Bernardinus Caruaial Cardinalis *tt*.S. Crucis, Marcus Vogerius Cardinalis *tt*.S.Mariæ Transtiberim,Io.Dominicus Cuppis Card.*tt*.S. Laurentij in Lucina,*nuper quoq;* Franciscus Pisanus Cardinalis S.Marci, *& plerique alii, quos nunc enumerare superfluum est.Has igitur ob caussas primus post mille annorũ*

interuallum, Xystus IIII. Papa nouum titulum addidit anno MCDLXXVII. qui fuit

Titulus S. Nicolai inter imagines prope Amphitheatrum siue Collosseum, quem Cardinali Presbytero Petro Foscaro Veneto dedit.

Secundus Leo Papa X. magna illa XXXI. Cardinalium creatione anno MDXVII. antiquißimum titulum S. Matthaei in Merulana, qui per mille & eo amplius annos titulus esse desierat, restituit, & XI. alios nouos titulos fecit, qui fuerunt

Titulus S. Ioannis ante Portam Latinam.

Titulus S. Caesarij in Palatio.

Titulus S. Hagnetis in Agone.

Titulus S. Apollinaris.

Titulus S. Laurentij in pane & perna.

Titulus S. Siluestri in campo Martio.

Titulus S. Thomae in Parione.

Titulus S. Pancratij.

Titulus S. Callisti.

Titulus S. Bartholomaei in insula, aliàs inter pontes.

Titulus S. Mariae de Capitolio, alias de Aracoeli.

Tertio Papa Iulius III. anno MDLI. tres nouos titulos adiunxit, qui fuerunt

Tilulus S. Mariae in Via.

Titulus S. Barbarae.

Titulus S. Simeonis.

Nouißime Paulus IIII. anno MDLVII. Titulum nouum adiunxit, uidelicet S. Mariae super Mineruam.

Tituli igitur XVII. noui facti, unus à Xysto; XII. à Leone; tres à Iulio III. & unus à Paulo IIII. qui XXVIII. antiquis adiuncti erunt omnino XLV. Omnium autem Presbyterorum Cardinalium senior siue antiquior, appellatur S.R.E. Archipresbyter Cardinalis, qui nostro tempore est Claudius de Giuri, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Hagnetis in Agone, de cuius officio & dignitate latius disserui in libro, quem de Cardinalium origine conscripsi.

Antiquitus porro mos fuit, qui etiam per mille annorum spacium seruatus est, ut Presbyter Cardinalis urbis Romae, neque Episcopus esset, uel Episcopatum administraret, uel ex Episcopo fieret Presbyter Cardinalis, quum maior dignitas tunc fuerit esse Episcopum cuiuslibet dioecesis quàm Cardinalem, quòd ex Cardinalibus Romanae Ecclesiae, secus quàm nunc obseruatur, Episcopi diuersarum ciuitatum creati fuerint, ex Cardinalatu enim gradus erat ad Episcopatum, sicut nũc ex Episcopatu ad Cardinalatum, Cardinalisq; Pre-

sbyter Episcopus factus, esse Cardinalem desinebat, sicut nunc Episcopus, Cardinalis factus, amplius non appellatur Episcopus, sed Presbyter Cardinalis S.R.E. & Administrator perpetuus illius Episcopatus, quod se inuicem compati non possint esse Presbyterum Cardinalem urbis Romæ, & Episcopum alterius Ecclesiæ, repugnat enim Presbyter & Episcopus, quod antiquis Canonibus cautum fuerit, unum hominem non nisi uno sacerdotio potiri posse. Verum quum Cardinalium maiestas, cum Romani Pontificis auctoritate in dies crescere cœpisset, multiq; Cardinales esse ambirent, postea paulatim usurpatum est ut ex Episcopis fierent Cardinales, & primo usus fuit, ut ex Episcopis non Cardinalibus fierent Episcopi Cardinales, & non Presbyteri uel Diaconi, post etiam ex Episcopis Presbyteri fieri cœpti, primusq; omnium ex Episcopo Viterbiense, & Tusculanēse Cardinalis Presbyter tt. S. Clementis factus fuit Ioānes quidā, Itē ex Episcopo Ariminēsi, Cardinalis Presbyter tt. S. Praxedis factus est alius Rufinus nomine à Clemente III. Papa circa annum Domini MCXC. primo enim Cardinales Presbyteri non nisi ex Monachis uel Abbatibus, Decanis, Archipresbyteris, Archidiaconis, Prioribus & ceteris eiusmodi hominibus fiebant. Post Clementem uero III. passim usurpari cœptum est ut non solum Presbyteri Cardinales sed etiam Diaconi ex Episcopis licet ante consecrationem, crearentur, qui enim Episcopi ordinati erant fiebant Presbyteri, qui non sed adhuc electi ordinabantur Diaconi; & quoniam (ut dixi) Presbyter, & Episcopus se inuicem pati non possunt, qui ex Episcopis facti sunt Presbyteri Cardinales, perpetui administratores deinceps illorum Episcopatuū non Episcopi appellati, qui uero Diaconi Cardinales creati sunt, electos se illius Episcopatus nominabant. In qua re usque ad Clementem V. temperantes fuerunt Romani Pontifices. Auinione uero passim, & nulla habita antiquissimi instituti ratione obseruatum est, nullusq; fere Cardinalis creatus, qui non haberet Episcopatum uel in titulum, uel in commendam, uel in perpetuam administrationem, quæ omnia nomina Auinione inuenta sunt. Hæc autem consuetudo usque ad nostra tempora perdurauit; in quibus eò deuentum fuerat, ut unus Cardinalis Presbyter uel Diaconus non unum tantum haberet in commenda Episcopatū sed aliquando tres, quatuor, uel quinque & aliquando sex. Cui rei modus quidam impositus fuit in concilio Tridentino, sed hæc alibi latius. Atque hæc sunt quæ de Presbyteris Cardin. speciatim, breuiterq; dicere sufficiens uisum fuit.

DIACONIS autem quos ad septenarium numerum auxisse dixi in urbe Roma Euaristum, quum ante præscriptum sibi & certum locum non haberent, sed eorum munia in promiscuo essent, primo urbis Regiones singulis diuisit Fabianus XIX. post Petrum Apostolum Pontifex Romanus circa Annum Christi

CCXL. *ut unusquisque in suis* Regionibus, *fidelium necessitatibus, ex* Ecclesiæ *thesauris, atque* Christianorum *oblationibus, a* Subdiaconis *collectis, atque ab ipsis custoditis, quantum in se essent suppeditarent;* Presbyteris *deinde* Paroeciarum *in sua* Regione *constitutis in omnibus quæ ad sacra facienda pertinebant, ministrarent.* Ex *ipsis autem primum, uel antiquiorem, cum* Episcopi, *Cleri, populiq́; consensu electum* Archidiaconum, *uel* Diaconum Cardinalem *primum, principalem appellari statuere antiqui* Pontifices, *sicut & Presbyterorum primum* Archipresbyterum. Vnus *ergo antiquissimis temporibus erat tantū* Diaconus Cardinalis *id est, principalis, uidelicet primus ex illis* VII. Quod *aperte colligitur ex actionibus Synodi* Romanæ *sub* Siluestro Papa *primo celebratæ. Cessantibus autem persequutionibus, paceq́;* Ecclesiæ *data, sicut* Presbyterorum *&* Paroeciarum, *ita &* Diaconorum *numerus auctus est.* Quū *enim prius tātum septem essent, singuliq́;* Diaconi *duabus regionibus præessent (in* XIIII. *enim* Regiones Roma *tunc diuidebatur) postea statutum est, ut in singulis urbis* Regionibus *singuli* Diaconi *essent, atque ita* XIIII. *facti sunt, quorum primus dicebatur* Archidiaconus *uel* Diaconus Cardinalis, *ceteri uero* Diaconi *dicebantur* Diaconi *illius uel illius* Regionis, *uerbi gratia primæ, sextæ, decimæ, uel duodecimæ.* Demum *crescente in dies* Christiana *religione bis non sufficientibus, uel ad* Ecclesiæ *maiestatē augendam plures in unaquaq;* Regione Diaconi *creari cæpti, eorumq́; numerus sicut &* Presbyterorum *non* Cardinalium *incertus atque indeterminatus factus est.* Dignior *uero siue* Antiquior Diaconus *a ceteris eiusdem* Regiōnis Clericis *uel* Romano Pontifice, *electus,* Diaconus Cardinalis *appellatus fuit.* Qua *ratione factum est, ut* XIIII. *postea* Diaconi Cardinales *fuerint, quot uidelicet erant* Regiones, *qui ut de* Presbyteris *dixi, ideo* Cardinales, *idest principales dicti sunt, ut à ceteris* Diaconis *non* Cardinalibus *discernerentur, quorum iam nūmerus per singulas urbis* Regiones, *uel* Titulos *magnus factus fuerat, sicut &* Presbyterorum *non* Cardinalium. Quatuordecim *postea* Diaconis Cardinalibus, *quatuor additi sunt alij* Diaconi Cardinales, *quorum munus tantum erat,* Lateranensi Basilicæ, *uel* Pontifici Romano, *ibidem celebranti ministrare, quos & altaris* Lateranensis *ministros appellatos fuisse legi, sicq́;* XVIII. *numerus expletus.* Quem *numerum semel solus omnium* Romanorum Pontificū, *(quod sciam) excessit* Paulus III. *Sub quo anno* Domini MDXLV. XIX. Diaconi Cardinales *uiuentes fuerunt. Sicut enim* XXVIII. Presbyteris Cardinalibus, *sic* XVIII. Diaconis *fixus & præscriptus numerus fuit.* Qui *eadē ratione & eodem tempore, quo &* Presbyterorum, *paulatim post* Honorij II. *tempora sub sequentibus* Pontificibus *adeo diminutus est, ut non nisi tres* Diaconi Cardinales *uiuentes aliquando fuerint, ut tempore creationis* Nicolai Pa

pæ IIII. Postea paulatim ut de Presbyteris dictum est, crescere cœpit. Vt autem ad superiora quæ restant declaranda reuertamur, non ignorandũ est, quod eo tempore quo XIIII. Diaconorum numerus factus est, loca uel ab antiquis, uel noua fabricata in quibus manerent, eis aßignata fuerunt, quæ postea ab eis Diaconiæ appellata sunt. Hæc quoque erant Templa, siue Ecclesiæ, in sanctorum honorem uel memoriam dedicata, domos adiunctas habentes, sicuti & aliæ urbis Basilicæ & Tituli, sine animarum cura; quum enim eorum custodes Diaconi non presbyteri essent, animarum (ut nunc dicimus) curam non habebant, iccirco neque Tituli, neque Parœciæ dici poterant, licet essent consecrata, & in Diuorum honorem dedicata, a quibus postea Diaconi ipsi Cardinales Regionarij, antiquata Regionis appellatione, cognomina ac distinctiones sortiti sunt. Primo (enim ut dixi) nominabantur Diaconus Cardinalis primæ, tertiæ, uel sextæ, aut X. Regionis, quarum Diaconi Cardinales erant, postea dici cœpti Diaconus Cardinalis, huius uel illius Diaconiæ; uerbi gratia S. Theodori; S. Hadriani; SS. Sergij & Bacchi; S. Mariæ nouæ, & cætera. Quod more Presbyterorum Cardinalium factum existimo, qui semper cum adiectione illius Tituli cui præerant se nominabant, ut Ioannes presbyter Card. S.R.E. tt. S. Mariæ Transtiberim. Hi igitur in suis Diaconijs cõmorantes (quas & Martyria à quibusdam uocari legi, quod ibi martyrum sepulchra essent) demandata sibi munia in sua regione impigre faciebant, Pontificiq; Romano sacra facienti præsto aderant, ecclesiæ quoque Romanæ Thesauros custodientes, pecunias plebi inopia laboranti, iuxta præscriptas sibi rationes in suis regionibus largiebantur, & cetera omnia agebant, quæ explicaui in libro quem de origine sacrorum ordinum conscripsi.

Porro autem XVIII. Diaconias, quæ tot erant, quot erant Diaconi Cardinales, circa Gregorij Papæ primi tempora institutas fuisse, non leuibus rationibus mihi persuadeo, quando etiam, & XXVIII. Titulorum posterior series facta fuit. fuerunt autem hæ.

Diaconia S. Mariæ in Domnica, ubi manebãt Archidiaconus.

Diaconia S. Luciæ in Circo iuxta Septisolium, quæ nunc est uetustate consumpta.

Diaconia S. Mariæ nouæ.

Diaconia SS. Cosmæ, & Damiani.

Diaconia S. Hadriani.

Diaconia SS. Sergij, & Bacchi.

Diaconia S. Theodori.

Diaconia S. Georgij in Velabro.

Diaconia S. Mariæ in Cosmedin, aliàs Schola Græca.

Diaconia S. Mariæ in porticu.

Diaconia S. Nicolai in carcere Tulliano,

Diaconia S. Angeli in Piſcina,

Diaconia S. Euſtachij iuxta Pantheum,

Diaconia S. Mariæ in Aquiro,

Diaconia S. Mariæ in Via lata,

Diaconia S. Agathæ in Equo marmoreo,

Diaconia S. Luciæ in Silice; alias capite ſuburæ; alias Orphea,

Diaconia SS. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum.

Porro autem has Diaconias ſemper fuiſſe legi, & nunquam uel additis nouis, uel antiquis ſublatis mutatas, uſque ad Leonis X. Pontificatum, qui primus omnium Romanorum Pontificum Diaconiam unam nouam adiunxit, quæ fuit

Diaconia S. Onophrij in Vaticano, quam Ioanni Cardinali Lotharingo à ſe creato tradidit.

Diaconiæ autem adeo erant à titulis diſtinctæ, ut nulla ratione neque Presbyter Cardinalis Diaconiam, neque Diaconus Cardinalis titulum unquam habuerit. Sed quando accidebat Diaconum Cardinalem in Presbyterum conſecrari, is relicta Diaconia ſua titulum accipiebat; quem religioſum ordinem, per mille, & amplius annos in eccleſia Romana obſeruatũ primus omnium Romanorum Pontificum non obſeruauit, ſed euertit Xyſtus Papa IIII. quem, & ceteri Romani Pontifices ſequuti ſunt. Xyſtus enim in ſecunda ſua Cardinalium creatione, anno Domini MCCCCLXXIII. quod nunquam antea factum fuerat, Presbyteris Cardinalibus nouiter à ſe creatis pro titulis, quinque Diaconias dedit, quæ fuerunt

S. Hadriani, quæ & à Paulo III. iterum alio Presbytero Cardinale data fuit.

S. Mariæ in Domnica,

SS. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum,

S. Luciæ in Silice, alias in Orphea, quam ter dedit Presbyteris, quæ poſtea à Iulio III. & nouiſsimo à Paulo IIII. alijs Presbyteris Cardinalibus data fuit.

SS. Sergij, & Bacchi, quæ iterum ab Alexandro VI. tradita fuit Cardinali Presbytero.

Alexander autem VI. Diaconiam S. Agathæ Presbyteris Cardinalibus bis, Iulius uero III. ſemel tradidit.

Leo X. Diaconiam S. Angeli in Piſcina ſemel, Paulus uero III. bis Presbyteris Carninalibus tradidit.

Diaconia S. Nicolai in carcere Tulliano à Clemente VII. Presbytero Cardinali ſemel data fuit. et a Paulo tertio [illegible] S. R. E. Presb. [illegible]

Diaconia uero S. Mariæ in Porticu à Paulo III. Presbytero tradita fuit.

Iulius quoque III. dedit Diaconiam S. Mariæ in uia lata Presbytero Cardinali.

Nouißime Paulus IIII. Diaconias S. Mariæ in Cosmedin, & S. Mariæ nouæ Presbyteris Cardinalibus reliquit.

Et ut abusus omni ex parte responderet, e contra quoque tituli qui Presbyterorum tantum esse debebant, Diaconis traditi sunt.

Primus enim Alexander VI. titulum S. Nicolai inter imagines paulo ante à Xysto IIII. factum, Diacono tradidit Cardinali, quod etiam Leo X. & paulo ante Paulus IIII. fecerunt.

Idem etiam Alexander VI. titulum S. Cyriaci in Thermis Diacono dedit.

Clemens uero VII. titulos S. Marci, S. Praxedis, S. Thomæ in Parione, & S. Laurentij in Damaso Diaconis tradidit.

Quem sequutus est Paulus III. qui iterum eundem tituli Damasi, insuper titulos SS. Nerei, & Achillei, S. Petri ad Vincula, & S. Xysti Diaconis concessit Cardinalibus.

Postremo Paulus IIII. titulũ S. Thomæ in Parione Diacono Cardinali aßignauit.

Quæ omnia emendatione digna essent. atque hæc de Diaconis Cardinalibus speciatim dicta sufficiant.

Nouißimi omnium Episcopi, Cardinalis cognomen habuerunt, quum apud ueteres inauditum fuerit Episcopum Cardinalem dici, quum omnes Episcopi (Patriarchis exceptis) æqualis sint auctoritatis, nullusq; ratione alterius Cardinalis dici poßit, ut diffuse in libro de origine Cardinalium disputaui. Atque ut Episcopi Cardinales appellarentur, originem manasse multis coniecturis ductus, crediderim, ab ea consuetudine quæ erat Romæ, ut septem ex circumuicinis Episcopis, Laterani, uel celebrarent, uel Romano Pontifici celebranti ministrarent; qui quod idem munus haberent Laterani, quod Presbyteri Cardinales per ceteras quatuor Basilicas Patriarchales, ideo Cardinales Episcopi dici cœpti; uerum ob eam caussam, neque Patriarchis, neque Metropolitanis, uel Archiepiscopis, neque etiam Episcopis aliarum ciuitatum, licet Cardinales non essent, ante se tamen consecratis digniores erant, nec etiã eos præcedebant, ut demonstraui in libro de Cardinalium origine. sed eorum præcedentia erat ratione temporis quo Episcopi creati fuerant, etenim Episcopus Card. Ostiensis, si post Episcopum Veronensem qui non erat Cardinalis, uel post alium quenque creatus fuisset, superiorem eo locum, neque in consessu, neque in procedendo habebat, eos tantum Episcopos præcedebat qui post eum creati fuerant, quæ omnia iccirco dico, quod nihil dignitatis aut præminentiæ illis dabat antiquitus esse Cardinales. ceterum processu temporis, Episcopos primo non Cardinales, licet ante se creati essent, post Archiepiscopos, deinde Metrapolitanos, & primates, demum Patriarchas ipsos præcedere cœperunt Episcopi Cardinales. quod circa Gregorij Papæ VII. &

Vrbani II. *tempora usurpari paulatim cœptum est, quibus* Romani Pontificis*,cuius tum auctoritas, tam ratione rerum spiritualium,quam temporalium,* Imperatoribus *depreßis suprema esse cœpit, electio de* Imperatorum *manibus, & potestate erepta fuit,* Cardinalibusq; *præcipue concessa. his igitur temporibus, quum omnium* Cardinalium, *tum* Episcoporum,*qui* Romani Pontificis *electionis præcipui auctores erant,auctoritas quàm maxime aucta fuit, tuncq; ceteros* Episcopos *primo non* Cardinales, *mox* Archiepiscopos, *deinde* Metropolitanos, & Patriarchas *præcedere cœperunt,* Cardinalesq; *uere, & non metaphorice, hoc est* Episcopi *principales, appellati; quorum numerus,ut dixi certus erat, & finitus, ut etiam* Presbyterorum, & Diaconorum Cardinalium, *septem enim tantum erant: quod cur factum fuerit superius explicaui. ceterum ob diuersas caussas,quas in libro de eorum origine explicaui, his septem* Episcopis Cardinalibus, *aliquando additos fuisse alios* Episcopos *inueni, ut sub* Leone IX. & Paschali II. Episcopus Card. Veliternus; *sub* Clemente III. Antipapa, & Vrbano II. Episcopus Cardinalis Nepesinus; *sub eodem* Vrbano II. Labicanus; *sub* Paschali II. Parmensis, *sub* Innocentio II. Archiepiscopus Pisanus, Episcopi Mutinensis, Ortanus, & Tiburtinus, *nouißime sub* Leone X. Reatinus, & *iterum* Tiburtinus, *quum ecclesias* Sabinam, & Prænestinam, *quam à* Iulio II. *habuerant, restituisset idem* Leo X. Episcopis Cardinalibus *duobus à* Iulio II. *priuatis;* Bernardino *uidelicet* Caruaiali, & Guillelmo Brissonettæ. *quum autem ecclesia* SS. Rufinæ, & Secundæ, *alias* Siluæ candidæ, *deficientibus propter crebras barbarorum incursiones incolis, à* Calisto II. Portuensi *adiuncta esset, non nisi sex* Episcopi Cardinales *ordinarij fuerunt. qui numerus post* Innocentij II. Papæ *tempora ante quadringentesimum ab hinc annum stabilitus usque ad nostra tempora perdurauit, ut non essent plures quam sex* Episcopi Cardinales *uiuentes, præsertim quum ecclesia* Veliterna,*quæ eum honorem aliquando habuerat* Ostiensi *ab* Eugenio III. *adiuncta sit.* & Tiburtina *eo honore priuata remanserit,usque ad* Leonem X. *à quo neceßitate exigente cum* Reatina,*semel tantum* Cardinalis *facta fuerit ecclesia. uerum necessaria caussa sublata, utræque ecclesiæ* Cardinales *esse desierunt sub eodem* Leone. Reliquæ *uero ecclesiæ quas* Cardinales *appellatas fuisse aliquando legimus, nunquam postea eum honorem habuerunt,quū eum non habuerint ordinarie,sed neceßitatibus quibusdam exigentibus, quæ omnia latius in libro sæpius à me citato, de origine* Cardinalium *exposui, hicq; omittenda duxi,quod adbuc opus non multum faciant. itaque quæ dicta sunt,satis sufficiant. in cooptandis autem* Episcopis Cardinalium *ecclesiarum, antiquißima hæc fuit consuetudo:* Moriente Episcopo Cardinali,*alter à* Romano Pontifice *subrogabatur ex clero* Romano,*uel* Pres-

bytero, uel Diacono Cardinali, uel etiam Subdiacono Apostolico, quod libere, & sine ullo impedimento pertinebat ad Pontificem Romanum, ut quem uellet, substitueret ex omni clero Romano, multos enim ex Subdiaconis Episcopos Cardinales creatos fuisse legi. postea alia consuetudo circa Alexandri III. Pontificatum inualuit, ut is Episcopus Cardinalis crearetur, qui in Cardinalium collegium cooptandus alterum haberet Episcopatum non Cardinalem, uel Archiepiscopatum. quum enim usque ad ea tempora ex Cardinalibus Presbyteris, uel Diaconis, Episcopi per orbem uniuersum crearentur, atque ex Cardinalatu gradus esset ad quemlibet Episcopatum, Episcopusq; ex Presbytero uel Diacono Cardinali factus, Cardinalis esse desiisset, tunc crescente cum Romani Pontificis, Cardinalium maiestate, e contra ex Episcopis aliarum dioecesum Cardinales Episcopi primo, mox Presbyteri creari coeperunt. Legimus enim multos Cardinales Romanae ecclesiae non solum Episcopos factos Episcopatuum ipsorum, qui postea Cardinales appellati sunt, sed etiam aliarum ecclesiarum, ut Pisanae, Mutinensis, Ortanae, & Parmensis, qui amplius Cardinales non appellabantur, quum Episcopalis dignitas maior esset Cardinalitia. Cardinalis enim Presbyter medius erat locus inter Episcopum, & ceteros Presbyteros non Cardinales. sub Alexandro autem III. sub quo Romana ecclesia ad maximum in terris fastigium euecta fuit, Imperatore potentissimo Friderico Ahenobarbo, eoq; ecclesiae Romanae infestissimo hoste, conculcato, uicto, pacemq; ab ecclesia petere coacto, tum primum ex Episcopis uersa uice Cardinales fieri coepti. Cardinalium enim dignitas cum ecclesiae, & Romani Pontificis dignitate semper creuit, tunc autem maxima erat; qua ratione factum est ut Episcopi multi eam ambirent dignitatem, qua tantum gradus ad maximum erat Pontificatum. primus igitur Conradus quidam Germanus Imperatoris Friderici affinis, ex Archiepiscopo Moguntino, factus est Episcopus Cardinalis Sabinus. occasione tum huius nouitatis accepta, quod ab Imperatore Friderico Archiepiscopatu Moguntino exactus esset. quem postea sublato schismate quum recuperasset, eum cum ecclesia nihilominus Sabina usque ad mortem retinuit. hinc exortum est, ut quoties accideret, aliquos creari Cardinales, qui Episcopi uel Archiepiscopi essent, singulis una ex Cardinalibus ecclesiis tradebatur, quod tunc incongruum uideretur, ex Episcopo Presbyter fieri, sed minus inconueniens ex Episcopo uel Archiepiscopo fieri Episcopus Cardinalis. hac igitur occasione, Episcopi Cardinales creabantur, ut omnibus locus esset ad Cardinalatus dignitatem, reliqui uero qui non erant Episcopi, si eos Cardinales creari contigisset, uel Presbyteri uel Diaconi creabantur. quod si in noua ecclesiae Cardinalis prouisione, non occurisset Episcopus aliquis, Cardinalis creandus, tunc ex senioribus Presbyte-

ris Cardinalibus, uel ex antiquioribus in collegio Diaconis, arbitrio Romani Pontificis ecclesiæ uacanti prouidebatur, qui quem uolebat ex Cardinalibus Presbyteris, uel Diaconis cooptabat. quod & si ut dixi sæpius contigisset ut id faceret ex antiquioribus Presbyteris uel Diaconis Cardinalibus, id tamen facere aliqua lege uel consuetudine non tenebatur, sed id honesta quadam ductus ratione agebatur, quæ postea paulatim in usum conuersa est; multos enim Episcopos Cardinales non ex antiquioribus Presbyteris uel Diaconis, sed ex iunioribus cooptatos constat. quum autem semel acceptum Episcopatum Cardinalem, qui acceperat amplius dimittere non possent, neque inter Episcopatus Cardinales ea esset optio, quæ posterioribus temporibus usurpapata adhuc uiget, sæpe usus ueniebat, ut uacantibus Episcopatibus, Albano, Tusculano, uel Prænestino qui pauperes erant, Presbyter Cardinalis senior illum nollet accipere, Episcopatum quod forte ditiorem titulum, uel Diaconiam haberet, tuncq; nouis Cardinalibus, uel antiquis, qui tenuiores habebant titulos aut Diaconias, licet posteriores tempore in collegio essent, tradebantur. si uero Sabinus, Portuensis, uel Ostiensis, qui opulentiores, & ditiores erant Episcopatus, uacare contigisset, hi senioribus plerunque, uel quibus etiam Papa uolebat Cardinalibus, à Romanis Pontificibus tradebantur. nam & hoc ex libera Papæ uoluntate pendebat. multos enim ex iunioribus Presbyteris uel Diaconis Cardinalibus siue etiam nouos Cardinales ad hos etiam Episcopatus cooptatos fuisse legimus; adeo de hisce optationibus certa regula tradi non posit, quum omnia arbitrio Pontificis Romani gererentur. hæc enim summa est, eos Episcopatus libere in Romani Pontificis dispositione antiquitus fuisse, usque ad Eugenij IIII. primo, mox Iulij II. tempora, quibus hic ordo aliqua ratione primo sub Eugenio IIII. mox omnino sub Iulio II. immutatus est, ut paulo post explicabo.

Sicut autem antiquior Presbyterorum Archipresbyter, & Diaconorum Archidiaconus appellabatur, sic etiam senior Episcoporum Cardinalium, antiquitus prior Episcoporum Cardinalium, posterioribus uero temporibus collegij Decanus uocitatus est. is autem post conditam Romanam ecclesiam semper fuit antiquior, qui Episcopus Cardinalis ordinatus esset, siue is esset Albanus, siue Prænestinus, siue Tusculanus, uel alius quilibet ex Episcopis Cardinalibus, unde pauci admodum Decanorum collegij per quadringentos, & quinquaginta annos fuerunt Episcopi Ostienses, quod non semper Episcopus Ostiensis senior fuerit Episcoporum Cardinalium. primus autem ætate nostra Paulus Papa IIII. instituit ut non is Decanus haberetur, qui absolute antiquior esset Episcoporum Cardinalium, sed qui moriente Decano antiquior sit ex Episcopis Cardinalibus in urbe præsentibus, absentes enim Cardinales

Episcopos non pro ecclesiæ negocijs uacante Decanatu, *ius in eo aliquod habere uoluit, instituitq́; ut is* Decanus *esset, & principem locum in collegio obtineret, essetq́; primæ in Consistorio sententiæ, qui antiquior esset, ex* Episcopis Cardinalibus *in urbe præsentibus, uel etiã ecclesiæ tamen caussa absentibus.qua ratione factum est, ut* Lodouicus Borbonius, Episcopus Prænestinus, *&* Franciscus de Turnone, Episcopus Sabinus, *qui seniores Cardinales,* Episcopi *erant in* Decanatu *eo uacante præteriti sint, quod in electione* Pauli Papæ I I I. *absentes fuissent, per quam* Decanatus *uacauit, uoluitq́;* Decanum *esse antiquiorem, ex* Episcopis Cardinalibus, *qui adfuerant comitijs suis, qui fuit* Ioannes Bellaius, Gallus, *tunc ex* Episcopo Portuensi, *factus* Ostiensis. *hoc autem nouum, & inusitatum fuit, & nunquam antea factum.*

Ceterum apud antiquos mox laudabilis fuit, atque per mille, & Ducentos *continuos annos in* Romana *ecclesia usurpatus, ut neque* Diaconi Diaconias *semel acceptas, neque* Presbyteri *titulos, neque* Episcopi Cardinales, Episcopatus *suos unquam mutarent;* Diaconus *enim in* Diaconatus *ordine manens semel acceptam* Diaconiam *nunquam dimittere poterat, & aliam accipere: similis ratio erat,* Presbyterorum *de titulis, &* Episcoporum *de* Episcopatibus. *quum autem* Diaconus Cardinalis, Presbyter *fieri uolebat, dimissa* Diaconia, *quæ* Presbyteris *non conueniebat, titulum cooptabat, se autem, ex* Presbytero, Episcopus Cardinalis *fieri accidebat, tunc dimisso titulo,* Episcopatum *suscipiebat, quem nisi* Papa *creatus esset, usque ad obitum retinebat. hæc autem consuetudo usque ad* Bonifacij Papæ I X. *&* Alexandri Papæ V. *tempora, in* Romana *ecclesia perdurauit. mutandi autem eiusmodi sacerdotia tres caussæ fuerunt, quarum duæ priores necessariæ, tertia non solum non necessaria, sed etiam inutilis, & mala fuit.*

Primus omnium Cardinalium sub Bonifacio I X. *titulum mutauit* Bartholomæus Mezauacca Bononiensis, *propter primam caussam quæ necessaria fuit: quum enim creatus fuisset* Presbyter Cardinalis *ab* Vrbano Papa V I. *tt.* S. Marcelli, *atque ob quasdam sinistras suspiciones de eo conceptas, ab eodem non longe post priuatus esset* Cardinalatu, *eius titulus* S. Marcelli *nouo* Cardinali, Presbytero Stephano Palosio *ab eodem* Vrbano *creato datus est, mortuo autem* Vrbano V I. *quum* Bonifacius I X. Bartholomæum *ipsum restituisset ad* Cardinalatus *honorem, titulum suum priorem, iam alteri* Presbytero Cardinali, *qui adhuc uiuebat datum auferre noluit, sed ei alium titulum tunc uacantem dedit, uidelicet tt.* S. Martini *in montibus. idem quoque accidit* Philippo de Alenconio, *qui quum esset* Episcopus Cardinalis Sabinus, *atque ab* Vrbano V I. *priuatus esset, restitutus & ipse fuit à* Bonifacio I X. Episcopus Cardinalis Ostiensis, *&* Veliternus. *hæcq́; fuit prima caussa necessaria mutan-*

di titulos. quod non nisi bis factum fuisse constat sub ipso Bonifacio I X. *altera caussa necessaria mutandi titulos fuit, sub* Alexandro V. *quum enim schisma pessimum inter* Vrbanum V I. *&* Clementem V I I. *exortum fuisset, amboq; tanquã ueri* Romani Pontifices *multos* Cardinales *creassent, contigerat ut in omnibus fere* Episcopatibus, *titulis*, Diaconijs Cardinalibus, *duo essent titulares, alter in obedientia* Vrbani V I. *alter* Clementis V I I. *porro autem schismate quantum in utriusque obedientiæ* Cardinalibus *fuit,* Pisis *sublato, atque in duorum de* Pontificatu *altercantium, locum, tertio* Alexandro *uidelicet* V. *suffecto, quum duo esse non possent, in eodem sacerdotio titulares, titulos,* Episcopatus, *&* Diaconias *aliquot, quæ tunc occasione schismatis duos habebant titulares mutare neceße fuit, etenim quum in obedientia* Clementis V I I. Guido de Malosicco Pictauensis *esset*, Episcopus Prænestinus, *&* Petrus Gerardi de Podio Tusculanus, *ijdemq;* Episcopatus *alios haberent*, Episcopos *in obedientia* Vrbani V I. *uidelicet* Antonium Caietanum Prænestinum, *&* Henricum Minutolum Tusculanum, Episcopos, *placuit* Pontifici *ut ij* Cardinales *qui essent obedientiæ* Vrbani V I. Episcopatus *mutarent, atque ita* Henricus *ex* Tusculano, *factus est* Sabinus, *&* Petrus de Podio *remansit* Tusculanus; *item* Antonius Caietanus *ex* Prænestino *factus est* Portuensis, *&* Guido de Malosicco *retinuit* Episcopatum Prænestinum; *similis ratio fuit in titulis,* Antonius *enim* Caluus Cardinalis *obedientiæ* Vrbani V I. *ex* Presbytero *tt.* S. Praxedis, *factus est* Presbyter *tt.* S. Marci, *quod titulus* S. Praxedis *alium haberet* Cardinalem Presbyterum *in obedientia* Clementis V I I. *uidelicet* Petrũ Cardinalẽ de Hispania. *similiter, & in* Diaconiis, Petrus *enim* Hannibaldensis *obedientiæ* Vrbani V I. Diaconus Cardinalis *ex* Diacono S. Angeli, *factus est* SS. Cosmæ *&* Damiani, *&* Petrus Serra *alterius obedientiæ,* Diaconus S. Angeli *Diaconiam quam in sua obedientia habuerat, retinuit. idem factum fuit sub* Martino I I I. *dicto* V. *ob eandem caussam:* Iacobus *enim* Insulanus *Diaconus Cardinalis relicta* Diaconia S. Eustachij, *quam à* Ioanne X X I I. *dicto* X X I I I. *habuerat,* Alphonso Carillo, Hispano, *quæ ei à* Benedicto X I. *dicto* X I I I. *in schismate tradita fuerat,* Diaconiam S. Mariæ nouæ *quæ tunc uacabat, cooptauit. hac autem occasione, duo aliquando* Presbyteri, *uel* Episcopi Cardinales *diu in eodem titulo uel* Episcopatu *fuerunt*. Antonius *enim* Corrarius *qui à* Gregorio X I I. *&* Lodouicus de Barro, *qui à* Ioanne X X I I. *dicto* X X I I I. *diu simul,* Episcopi Cardinales Portuenses *fuerunt, donec* Lodouici *obitu* Antonius Corrarius *eum solus retinuerit. idem accidit, & titulo* S. Clementis, *qui per* X I I I I. *fere annos duos habuit titulares, sub* Martino V. *uidelicet* Gabrielem Condulmerium, *qui à* Gregorio X I I. *&* Brandam de Castilione, *qui à* Ioanne

X X I I. *dicto* X X I I I. *eiusdem tituli Cardinales facti fuerant; donec crea tione Gabrielis in Papam Eugenium* I I I I. *solus in titulo S. Clementis remansit ipse* Branda,*atque hæc fuit secunda mutandi titulos necessaria caussa.*

Tertia porro caussa nec utilis, nec necessaria, immo non bona ex secunda exorta est, quæ nunc paßim frequentatur in Romana curia. quum enim multi Cardinales uidissent iam manus à Romanis Pontificibus *missas esse ad eiusmodi mutationes faciendas, & si ualde necessarias, cœperunt etiam ipsi titulorum, uel* Episcopatuum *mutationes à* Romano Pontifice *procurare, non neceßitate aliqua, sed ut de titulo tenuiore transferrentur ad ditiorem, quorum omnium primus fuit* Iordanus Vrsinus *Cardinalis creatus ab* Innocentio V I I. *qui sub* Alexandro V. *quum uidisset eas fieri necessarias mutationes, quas superius dixi, petijt & ipse à* Pontifice Alexandro *titulum sibi mutari, quod & contra canones ecclesiasticos obtinuit, atque contra antiquam, & laudabilem consuetudinem, quæ per mille, & ducentos annos in* Romana *ecclesia obseruata fuerat. primus omnium Cardinalium sine neceßitate aliqua titulo suo priore uidelicet* S.Martini *in montibus dimißo, quòd tenuis esset, titulum opulentiorem* S. Laurentij *in* Damaso *tunc uacantem cooptauit; cuius exemplum sequutus* Petrus Hannibaldensis, *mortuo* Petro Serra Hispano *cui Diaconiam* S. Angeli *dimiserat relicta* Diaconia SS. Cosmæ, & Damiani, *iterum eandem* Diaconiam S.Angeli *contra antiquam consuetudinem recepit. post autem has duas non necessarias mutationes, quæ sub* Alexandro V. *factæ fuerunt, nullam amplius factam inuen. usque ad creationem* Eugenij I I I I. *annumq́; Christi* M C C C C X X X I. *quo anno primus omnium Episcoporum* Cardinalium *idem* Iordanus Vrsinus *dimisso Episcopatu* Albano, *quem à* Ioanne X X I I I. *habuerat, qui tenuis esset, sine caussa necessaria, Episcopatum* Sabinum *tunc uacantem quod ditior esset aßumpsit; cuius statim exemplum sequutus est* Antonius Corarius, *qui & ipse sine neceßitate dimisso Episcopatu* Portuensi, *quem per* X V. *fere annos obtinuerat, ab eodem* Eugenio I I I I. *accepit Episcopatum* Ostiensem, *quia opulentior erat. sub eodem quoque* Eugenio Ioannes de Turre cremata *relicto titulo* S.Xysti *quem primo habuerat, accepit titulum* S.Mariæ Transtiberim; *qui postea quum à* Callisto I I I. *factus fuisset Episcopus Card.* Albanus, *eum Episcopatum sine necessaria caussa sub* Pio I I. *dimisit, accepto* Sabinæ *opulentiore; sub quo etiam Pontifice* Guillelmus de Estonteuilla, *relicto* Portuensi *accepit* Ostiensem. *sub* Paulo I I. Ioannes Mela *relicto primo suo titulo* S. Priscæ *assumpsit titulum* S. Laurentij *in* Damaso. *hæ autem sunt omnes non necessariæ mutationes, quæ ante* Xysti *Pontificatum factæ fuerunt, in quibus usque ad id tempus temperantes admodum fuisse* Romanos Pontifices *apparet. primus postea* Xystus I I I I. *nulla habita*

ratione

ratione, non solum crebris mutationibus, omnia confundere cœpit, sed etiam quod ante id tempus inauditum fuerat, Diaconias Presbyteris, pro titulis, & titulos Diaconis, pro Diaconijs dare cœpit, adhuc tamen optandi mos non plene inoleuerat; arbitrio enim Pontificis usque ad hæc tempora, Episcopatus, tituli, & Diaconiæ uel dabantur uel mutabantur, iusq; optionis adhuc non erat integrum, uerum tunc paulatim, & sensim exoriebatur: non enim uidere possumus ante Alexandri V I. extremos Pontificatus annos, uel Iulij I I. Pontificatum quempiam Cardinalium plus quam duos titulos, uel Episcopatus uel Diaconias mutasse. demum circa finem Pontificatus Alexandri V I. & initia Iulij II. crebra hæc mutandorũ titulorum ratio, et ius optãdi plene exorta sunt, quæ etiam nunc usurpantur. tum primum enim sub Iulio I I. accidit ut unus Cardinalis omnes sex Episcopatus Cardinales optarit, is autem fuit Raphael Riarius. in qua optione hæc lex facta est, ut Cardinales absentes sine legitima caussa, ut pro Romanæ Ecclesiæ negociis in hisce optionibus nullum ius haberent, ac tanquam mortui haberentur. in optionibus autem sacerdotiorum Cardinalium ratio tantum habetur ditioris uel opulentioris tituli, Episcopatus, uel Diaconiæ, atque hi qui minus locupletes titulos, uel Episcopatus, aut Diaconias habent, opulentiores semper optant si quando uacare contingunt. Atque inter sex Episcopatus Cardinales hic est ordo optionis; primo optatur Albanus ceteris tenuior, post Tusculanus, Albano ditior, deinde Prænestinus, utrisque opulentior; ad hæc Sabinus, postea Portuensis. postremo Ostiensis omnium ditissimus. Si igitur forte obijt Episcopus Cardinalis Albanus, is Episcopatus optatur ab antiquiore Presbyterorum Cardinalium in urbe præsentium uel Romanæ Ecclesiæ caussa etiam absente. Si Tusculanus Episcopatus uacat, is qui est Episcopus Albanus. si præsens in urbe est dimisso Episcopatu Albano, assumit Tusculanum, si absens, antiquior Presbyterorum Cardinalium præsentium, uel Reip. caussa etiam absens Tusculanam optat Ecclesiam præterito Episcopo Albano absente. Si obijt Episcopus Prænestinus, Episcopus Tusculanus Prænestinam, Albanus Tusculanam, antiquior Presbyterorum Albanam. si in urbe præsentes erunt, optant Ecclesias. Quod si casu moriente Prænestino, neque Tusculanus, neque Albanus Episcopi in Vrbe essent, Prænestinam sedem optaret antiquior Presbyterorum in urbe præsentium. eadem ratio est & de sequentibus Episcopatibus Cardinalibus; Tusculanus enim Episcopus non optaret nisi Sabinam, Portuensem, uel Ostiensem ecclesias, sic Sabinus nisi Portuensem, uel Ostiensem, demum Portuensis non nisi Ostiensem, Episcopus uero Ostiensis qui omnium ditior est nullum amplius habet optandi locum. Est igitur hic ordo ut antiquior Episcoporum præsentium ius semper habeat optandi uacantes sedes Episcopales Cardinalium sua

ditiores. Aliquando Romani Pontifices in hisce Episcopis cooptandis optionis ius infringunt, pristinaq; utuntur auctoritate, atque uacant equalibet harum ecclesiarum, Portuensi, & Ostiensi exceptis, eas non Presbyteris Cardinalibus senioribus, sed alicui ex antiquis Diaconis Cardinalibus eas tradunt, qui ex Diaconatu, in quo per multos annos permanserint, sine Presbyterij gradu ad Episcopatum ascendunt. Hoc autem aliquando fit, ius suum optandi concedente eo Presbytero Cardinale seniore, qui optare deberet, aliquando autem ex mera Pontificis Romani auctoritate. Hoc autem & si Pontifices Romani omnibus Cardinalibus Diaconis antiquioribus aliquando concedant, id tamen nunquam negare solent eis Diaconis, qui eos in sua creatione, coronant, quibus in coronationis (ut ita dicam) præmium, aliquam ex his sedibus si uacare per ea tempora contigerit tribuunt, ut nouissime fecit Paulus IIII. Francisco Pisano Archidiacono Cardinali, qui eum ex Diacono, Episcopum Albanum creauit. cæterum Clemens VII. uolens aliquid præstare Marco Cornelio Archidiacono qui ipsum coronauerat, eum ex Archidiacono, Archipresbyterum creauitdans ei titulum S. Marci, qui Paulo ante uacauerat, locumq; primum inter Presbyteros Cardinales, ex quo postea loco statim ad Episcopatum ascendit, quum noluisset primo Presbyterorum qui tunc erat praiudicium facere in optione uacantis per eos dies, Episcopatus; atque hæc est consuetudo quæ nostris temporibus usurpatur in optandis Episcopatibus Cardinalibus; quæ ratio eadem est, & in titulis, & Diaconiis: primus enim omnium idest ditior titulus (nam nulla est inter Titulos, Episcopatus, uel Diaconias præeminentia, quum omnes quanti ad dignitatem attinet æquales sint, nullusq; altero prior) est S. Mariæ Transtiberim, post Damasi, post Lucinæ, & sic deinceps, quum enim uacat titulus Lucinæ eum optat propinquior defuncto, Presbyterorum Cardinalium præsentium, si uacat titulus S. Mariæ Transtiberim eum optat titularis Lucinæ si in urbe est, uisi Cardinalis propinquior in creatione defuncto; in Diaconiis etiam idem seruatur modus, ditiores enim optantur quum uacant, ab his Diaconis Cardinalibus qui tenuiores habent, quibus crebris mutationibus factum ut Cardinales, Titulos sibi, quum creati sunt primo commissos, non diligant, tanquam paulo post mutandos, eosq; ruere patiantur, neque ullam eorum restituendorum curam habeant, quare factum est, ut pleriq; tituli, & Diaconiæ partim iam solo æquata, partim ruinæ proxima sint. ceterum inter alios abusus etiam hic inoleuerat qui sub Paulo Papa III. ex parte sublatus est, ut Presbyter Cardinalis, Episcopus factus titulum sibi priorem retineret tanquam in commenda, quod male factum (ut dixi) emendatione dignum esset.

In præcedendo autem hic ordo nostra ætate est, ut Diaconus cæteros Episcopos,

Episcopi Presbyteros Presbyteri Diaconos præcedant Cardinales quum Diaconus Cardinalis Presbyter fit, nouißimum locum post omnes Presbyteros tenet qui ante eum facti sunt Presbyteri, licet ipse longe ante in collegium cooptatus fuerit Cardinalium; in præcedendo enim non habetur ratio creationis Cardinalium, sed ordinis, ut qui primo Episcopus (nisi Decanus sit) posteriores, primo Presbyter posteriores Presbyteros, & primo Diaconus creatus sit posteriores Diaconos præcedat; & is qui præcedit prioris est in consistorio sententiæ, prioremq; locum in optando habet. cæterum (ut dixi) præcedendi ordo in eis Cardinalibus Diaconis, qui Presbyteri fiunt, aliquando non obseruatus est à Romanis Pontificibus, ut à Clemente VII. uerum id raro admodum usu uenit, & non nisi semel quod sciam usurpatum. multa præterea dici possent, ut de dignitate, officio, & habitu Cardinalium, item de ratione qua creantur, de consistorijs, quum publicis tum priuatis, de solennitatibus, quibus ad diuina peragendo cum Romano Pontifice conueniunt, & cæteris id genus, sed quum hæc omnia diffuse in libro, quem de eorum origine scripsi pertractauerim, & hæc quæ dixi, quantum ad hunc librum attinet sufficiant, ad eum librum qui quamprimum euulgabitur, Lectores remittendos esse decreui.

FINIS.

VENETIIS, *Apud Michaelem Tramezinum*,
M D L V I I.

